

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Peter Lauremberg

**Petr: Laurembergi[i] Cronius Sive Series compendiosa rerum illustrium,  
gestarum a Mundi exortu, ad usq[ue] annum iam currentem 1642.**

[Rostock]: Bibliopolium Hallervordianum, 1642

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730468550>

Druck    Freier  Zugang





Rb-366<sup>1-4</sup>





PETR: LAUREMBERGI  
**CRONIUS**

*Sive*

Series compendiosa rerum illu-  
strium, gestarum à Mundi exortu, ad  
usq; annum jam currentem

1642.

Exponitur  
In bibliopolio Hallervordiano,

PETER PARKER 1858  
CROMPTON

Series Conference, 1971, 1972, 1973  
Volume 2, Session 1, Number 1, 1973

卷之三

Ezekiel

all. He also sold it in



PETR: LAUREMBERGI  
SERIES  
COMPENDIOSA  
**HISTORIARUM**  
PRÆCIPUARUM,  
A mundi exordio usq; ad annum  
anno Christo 1642, & Im-  
perat: FERDINAND: III.

PRÆLOQUIUM.

**T**radituri seriem historiarum à primordiis mundi usq; ad curriculū præsentis anni 1642. in primo limine lubenter & procul mittim⁹ allegoricas historiæ definitiones, qualis est illa Ciceronis, qua dicitur Historia esse lux temporis, magistra vitæ: quales item plurimæ sunt aliorum. Vos sci-  
tote indolem historiæ positam esse in eo, quod  
sit rerum gestarum fidelis enarratio, additis  
locorum, temporumq; circumstantiis. RES  
vero enarrari oportet, ne cum figuris &  
fabulis confundatur historia. Tum fidelem  
oportet esse Historicum, ne quid ad arbitrium  
alienæ libidinis effutiat; citra gratiam, citra odium.  
Deniq; accedat regionum annorum-

A 2

que

que designatio, quæ sunt quasi columnæ duæ, quibus ntitur structura totius ædificii historici. Cæterum cum res omnes gestæ sint vel à Deo, vel ab hominibus, homoq; referri soleat ad duplicein finem, ad Deum & homines alios, proinde duplex erit historia : *sacra & profana*. Quin insuper id præmonitos vosvenio nullius profani scriptoris monumenta seu opera ulterius aut antiquius sese extendere, quam ad bis millesimum annum post conditum mundum.

Non excedunt tempora Nini, qui primæ Monarchiæ autor fuit, sed omne id temporis curriculum, quod fuit bis mille annorum, pertinaci silentio involutum nesciretur, absque divino scriptore Moysè esset, è quo tanquam ex fonte haurienda est historia, de rebus gestis ante quatuor Monarchiarum initium.

Poterit igitur ambitus Syntagmatis hujus historici includi quinq; membris, quorum erit primum: *de etate ante Monarchia* bis mille annorum. Secundum: *Prima Monarchia Chaldaeorum*, quæ perennavit mille quadringtonos annos. Tertium: *Monarchia Persarum*, quæ viguit per annos bis centum duodecim. Quartum: *Monarchia Græcorum*, cuius fuit duratio per annos ducentos nonaginta.

COMPEND: HISTOR:

ginta & unum. Quintum: *Monarchia Romanorum ultima*, quæ incepit quadraginta sex annis ante natum Christum, & porro post eundem natum floret per annos mille sex centos triginta octo. Omnes hos annorum calculos si addendo collegeritis in summam, erunt *aunc à mundo condito anni quinques mille quingenti nonaginta unu.* Quicquid intra hunc decursum temporis memoriâ dignum evenit inter homines, id imposterum (cum bono Deo) succinctè sumus enarraturi.

LIBER PRIMUS,

De

A. M.

*Ætate antemonarchica.*

ADAM, EVA.

DEUS post mundum conditum & perfec-  
tum sexto die creationis, formavit ex gle-  
ba terræ rubra Adamum; & ex Adami costa  
conjugem ipsius Hevam, in statu innocentiae  
& sapientiae: illisq; usurpandum dedit hortum  
in Eden, ad vitæ sustentationē & amoenitatem,  
qui & arboribus pulcherrimis erat consitus,  
& quatuor fluminibus irrigatus. Fuit pro-  
cul dubio hic Paradisus situs in Mesopotamiae  
aliquo angulo versus Assyriam supra Chal-

A 3 dæam,

dæam. Nam hanc esse terram Eden, ex sacris literis liquet Ezech. 47. ubi hodienum fluvii illi quatuor spectantur; ab occidente Euphrates, ab oriente Tigris, &c: Adam sapientissimus, conspectis animalibus omnibus nomina indidit, indoli cuiusq; convenientia; Sed iste amænissimus Parædisus locus fuit ubi in ær umnabilem perniciem præcipitarunt, tum se metipso, tum posteros primi hi Parentes. Degustarunt enim fructum arboris, cuius eſus illis erat interdictus: Non multo post promissio illis facta fuit de semine contriture caput serpentis; Et tūm expulsi fuere ex Parædio, commoratiq; in locis circumviciinis, id est, in ea quam dixi Mesopotamia... Adam postquam vixisset annos nongentos triginta, genuissetq; liberos, mortuus est. Haud dubio plurimos reliquit procreatos tam longo temporis spatio, sed è quibus tria tantum nomina annotata sunt.

## C A I N, A B E L.

Extra Parædum igitur primo omnium Adam genuit Cainum, qui primus est ex patre & matre natus; post genuit etiam Abelum: Iste erat Opilio, hic Agricola: Cain perversus, Abel probus. Cum uterq; Deo primitias obtulisset,

COMPEND: HISTOR:

set, descendit quidem de cœlo flamma, & A-  
belis sacrificium devoravit, utpote Deo gra-  
tum: at Caini munus neglegatum fuit & con-  
temptum, proinde Cain ductus odio adversus  
fratrem Abelem, ipsum occidit.

Hoc nomine Cain à Deo maledictus in-  
exilium ablegatur; facitq; secessionem à pa-  
rentibus, abducta haud dubio secum una è  
fororibus suis; Postmodum civitatem quoq;  
exstruxit, nimirum intra tot annos crescente  
multifariam illius progenie; (nam Philo Ju-  
dæus Cainum vixisse tradit annos 730.) eiq; de  
filio suo primogenito H E N O C H nomen im-  
posuit. Priora ista acta sunt intra primu[m]  
centenarium annorum mundi. Caini gene-  
ratio aut progenies talis fuit. Cain genuit He-  
noch primum, Henoch, Irad, Mahujael, Me-  
thusael, Lamech, Jabal, Jubal, Tûbalcain, Na-  
ema.

In hâc serie notandum: Henochum Caini  
filium, fuisse distinctum ab Henoch filio Sethi.  
Poterit igitur ille dici Henoch primus, hic se-  
cundus. Deinde & Lamech hic primus (se-  
cundus Lamech fuit Sethi filius) Vir nequissi-  
mus, & progenitori similis fuit, qui duas sibi  
adjunxit uxores, cum Deo uni viro unam de-  
disset. De hac prosapia Caini non sumus

A 4 magnus

A. M. magnoperè solliciti; neque enim exinde debebat oriri Messias, cuius gratia à Deo omnes historiæ ordinatae sunt: Quin potius omnis hæc progesries periiit, & deleta est diluvio, nec quisquam supermansit. Sic igitur Abel erat occisus, & Cain mortuus.

SETH & E J U S P R O G E-  
N I E S.

130

Proinde Deus donavit Adamo tertium filium, melioris frugis, qui vocatus est Seth: atq; is fuit vir, ex cuius posteris & nepotibus tandem genitus est Christus. Sethi tempore primum cœptum est prædicari nomen Domini.

1056 Prosapia Sethi hæc est. Adam, Seth, Enos, Kenan, Mahaleel, Jared, Henoch secundus, Methusalem: Lamech secundus, Noach. Est igitur Noah decimus ab Adamo, quemadmodum (ut post videbimus) à Noah decimus est Abraham. Cum Noah finitus est primus millenarius mundi, vel temporis antemonachici. In hac serie Sethi tres posteri ante Noachum celebriores sunt, I. Henoch, qui postquam per trecentos annos prædicasset nomen Domini, non gustata morte vivus translatus est in cœlum, ob pietatem & vitæ innocentiam; vixit tot annos, quod dies habet annus sc. 365.

II. Ma-

C O M P E N D : H I S T O R :

H. Mathusalem Henochi filius omnium mortali-  
tum annosissimus & maximè longevus fuit,  
annorum 969. III, hujus filius Lamech an-  
nos vixit septingentos septuaginta septem.

7

777

A. M.  
Noah filius Lamechi, genitus anno mundi  
1056. habuit tres filios, Japhet, Sem & Cham.  
Cum ætate Noachi Deus ob scelera consti-  
tuisset genus humanum perdere, jussit Noam  
fabricari arcam, in quam mandato Dei ingress-  
sus est, tum ipse, tum ejus tres filii, juxtaque  
cum illis quatuor, uxores, & universum octo  
homines; Tum præterea in arcam intromisit  
Noah septem paria de quaq; specie animalium  
mundorum; & unum par de immundis. His  
arcâ receptis Deus fores arcæ foris occlusit;  
caperuntq; pluviae decidere per quadraginta  
dies ac noctes: donec omnis anima vivens in  
siccō, extra arcam interierit, & aqua super-  
gressa sit altissimorum montium cacumina.  
Constitit aqua super faciem terræ per dies  
centum quinquaginta. Noah in arca mansit  
aquis defluentibus per annum & undecim  
dies. Interea neq; ipse, neq; filii ipsius genera-  
runt: neq; ullum arcâ asservatum animal;  
Finito diluvio Noah egressus est cum tribus  
filis Japhet, Sem & Cham, qui postmodum  
terrā ab hominibus vacuam, occuparunt.

A 5

omnia.

A. M. omniaq; animalia, desertâ arcâ terram iterum contigerunt, & novâ benedictione, (nam primæva cœslaverat in arcâ) donantur à Jehova.

JAPHET primogenitus in ditionem suam accepit universam Europam: Hic igitur omnium nostrum est Autor, sumusq; nos audax Japheti genus; Germani, Galli, Hispani, Muscowitæ &c. omnes quondam Ethnici.

SEM secundus natu, originem præbuit Patriarchis post diluvium Hebræis Judæisque omnibus, ipsiq; adeo Christo: Omnes Judæi oriundi sunt à Sem.

CHAM tertius seu minimus, maledictus ob prostitutum irrfisione parentem ebrium, primus fuit autor & progenitor primæ Monarchiæ.

Illud notandum obiter: Sicut Noah decimus fuit ab Adamo, sic decimum à Noah esse Abrahamum, sobolem ipsius Semi, de quo ejusque filiis, dicemus sub prima Monarchia.

Porro ad Chamum quod attinet, filius ejus fuit Chus, Chusi filius Nimroth, primus terræ Induperator fortissimus, abs quo nonnulli asplicantur primam Monarchiam Assyricam. Hic Nimroth unà cum subditis quos sibi associaverat, conatus est extruere turrim, cuius fastigium

1757

COMPEND: HISTOR:

Itigium ad cœlum pertingeret; sed defistere coactus fuit ab opere, immissa à Deo linguarum confusione. Condidit hic Urbem Babylonem in Assyria. Nimrodi filius fuit Belus, & Beli filius Ninus, cum quo nos auspicamur primam Monarchiam. Atq; ita tempus antemonarchicum in profanis claudit Belus: in sacris progenitores Abrahami.

LIBER SECUNDUS,

De

*Monarchia prima Assyriorum  
Chaldaeorum & Babyloniorum.*

PARTICULA I.

Capita secularia I. Monarchiæ.

2000

I. NINUS.

**A**NNO celebriores Historiographi auspicantur primam Monarchiam: ultra tempora Nini profanorum Autorum se extendet, testibus Justino, Vellejo Paterno, Diodoro Siculo, & aliis. Ninus Dominus fuit Assyriæ, Mediæ, Persiæ, Chaldaæ. Extruxit Urbem Niniven; postremum illi bellum fuit cum Zoroastre; quo finito & ipse vitam finivit.

H. SE.

## II. SEMIRAMIS.

Fuit hæc Nini Uxor, quæ quomodo ad Imperium pervenerit, intelligere poteritis ex Justino, qui scribit, eam defuncto marito assumpsisse habitum Viri. Muretus tamen refert fuisse concubinam vernæ alicujus Regii, Ninum ejus amore captum sibi adjunxisse, & coaptasse in conjugem. Hanc cum libidine regnandi aliquando teneretur petiisse, à Nino ut per unum saltem diem sibi concederet plenum Imperium, eâ lege uti quidquid juberet protenus daretur effectui. Eo impetrato Semiramidem initio levia quædam imperita esse: paulo post majora, ad quo omnia expedientia cum satellites promptissimos vidisset, tandem iussisse Ninum interfici. Interficitur; ipsaque ex imperio diurno sibi paravit diuturnum. Semiramis res gessit supra muliebrem sexum. Babylonem cinxit muro celeberrimo & famoso; qui & annumeratus fuit septem mundi miraculis; Cum tandem proprii filii Niniæ sollicitaret concubitum, ab eo ense transfossa est..

## III. NINIAS.

Ninias duorum priorum filius, quemadmodum sexum cum matre sic & animum vi-  
sus est

C O M P E N D : H I S T O R :

sus est commutare, solis voluptatibus deditus: A. M.

Administravit Imperium suum per Regulos,  
inter quos fuit quoque Kedorlaomor, qui  
dum compesceret Reges Gomorrhæorum, et-  
iam Lothum Abrahami ex fratre nepotem ca-  
ptivum abduxit, quem tamen Abraham ite-  
rum vindicavit in libertatem, ut legitur Gen.

cap. 12.

I V . N I N I Æ S U C C E S S O R E S .

Post Niniam administrarunt Imperium  
in Assyria plurimi Reges, qui numerantur or-  
dine tringinta tres; sed sola nomina, nihil re-  
rum ab iis gestarum. Hi ultra mille & am-  
plius annos dominati sunt Imperio Assyriaco.  
Hos saltem sicco pede præterimus.

S A R D A N A P A L U S .

Fuit hic Vir muliere corruptior, alias di- 3000.  
ctus excelsus, dominus, eversor; semper vixit  
inter greges scortorum, solitus ipse quoq; la-  
nati & purpuram nere, muliebri habitu indu-  
tus: neminem admittebat ad aspectum & al-  
loquium, sed per Regulos & Præfectos omnia  
agebat. Hunc cum aliquando Arbaces præfe-  
ctus Mediae & Persiae vidisset sedentem inter  
mulieres, & colum ducentem, dixit, nefas esse  
tantum virorum parere uni mulieri: proinde  
facta.

PETR: LAUREM:

facta conspiratione adscito in societatem Belo Chaldæo sacerdote, bellum intulerunt Sardanapalo, eumq; post aliqua prælia device- runt. Qui desperans omniem thesaurum Regium seq; ipsum in rogum conjectit & con- cremavit; hoc solo imitatus virum.

### SCHISMA IMPERII ASSYRICI.

Extincto Sardanapalo incepit regnum Assyricum in tres factiones, seu tria distincta regna fecerni, quæ tamen adhuc pertinent ad hanc primam Monarchiam. In Græcia & Media Regem se proclamavit Arbaces, occisor Sardanapali; In Chaldæa reges novi alii; in As syria patuci adhuc Assyrici. Ultimus inter Reges Assyriorum fuit Assur Addon. Inter Chaldæos potentissimus fuit Nebucadnezar, ejusq; nepos Balthasar, qui fuit ultimus Chal dæus. In Media Arbacem sequuti sunt alii ut Astiages, Darius, Medus & Cyrus; sed apud hos Medos & Persas mansit monarchia Medorum & Persarum, cuius caput fuit Cyrus, de quo sub II, Monarch.

### PARTICULA II.

*De Historiis sacris corresponden-  
tibus prima Monarchia.*

Tres

Tres Patriarchæ post diluvium A. M.

ABRAHAM, ISAAC,  
JACOB.

Circa exitum temporis Antemonarchici,  
circa initium primæ Monarchiæ ætate Ni- 1950  
ni & Semiramidis vixerunt parentes Abraha-  
mi Nahor & Thara. Abraham floruit circa  
annum quinquagesimum post bis mille an-  
nos à mundo condito. Cujus nepos ex fra-  
tre fuit Loth, fidelis Abrahami Socius in pere-  
grinationib. Abrahami filius fuit Isaac, Isaaci 2048  
Jacob. Hi tres ultrò citroq; peregrinati sunt 2108  
& habitarunt in Chaldaea, Mesopotamia, Ca-  
naan: Aliquando recto itinere perreverunt in  
Ægyptum, & hinc iterum in patriam suam;  
Hi suum curriculum absolverunt annis circiter  
bis centum & quinquaginta. Inter Jaco-  
bi duodecim filios fuit & Joseph, qui in Ca-  
naan venditus, & traductus in Ægyptum, ibi  
quid rerum gesserit, in Genesi narratum est. 2217

### PATRIARCHARUM POSTERI.

Postquam Josephi memoria & beneficia,  
quibus Ægyptum affecerat, oblizione jam e-  
rant obliterata, per multos annos surrexit no-  
vus Rex Pharao. (nam omnes Reges Ægypti,  
genet.

A. M. generali titulo dicuntur Pharaones : & Pha-  
rao, cui Joseph venditus fuit, proprio nomine  
dictus fuit Amasis) cognomine Busiris, qui po-  
pulum Israeliticum nimis quam sese multipli-  
cantem, delere conatus est, promulgato decre-  
to, ut omnes masculi suffocarentur.

Duo DuceS  
MOISES & JOSUA.

2450. Sub hoc Busiride natus fuit Moises, flo-  
ruitq; Anno mundi bis millesimo trecentesi-  
mo & octuagesimo :

2015. De hoc viro prolixæ sunt sacræ literæ :  
Moises multis Miraculis editis, quibus sese op-  
posuerunt Magi Pharaonis , Jannes & Jam-  
bres, teste Paulo 2. ad Tim. 3. tandem ex Ægy-  
pto eduxit Israelitas, versus terram promis-  
sam, quod factum anno mundi bis millesimo,  
quadrinagesimo & quinquagesimo quarto:  
deduxit verò eos per mare rubrum, & quidem  
teste infallibili Topographia, ubi mare rubrum  
latū fuit ad viginti circiter millaria, quod iter  
vix septem aut octo dierum spatio potuerunt  
absolvere, tam immensæ hominum cohortes.  
Exierunt sexcenta millia hominum bellico-  
rum, non numeratis foeminis, infantibus, &  
impedimentis. In deserto commorati sunt  
qua-

quadraginta annos , circumducti per varias A. M.  
ambages, quo temporis spatio, in deserto &  
via hac, omnes ad unum obierunt qui exie-  
rant, exceptis Josua & Caleb. Mose mortuo,  
Josua factus est Dux populi, scil. liberorum à  
Patribus relictorum, & introduxit eos in ter-  
ram promissam.

## QUATUORDECIM JUDICES.

Duobus Ducibus successerunt ordine,  
Judices quatuordecim, quorum initium anno 2511  
mundi bis millesimo quingentesimo vigesi-  
mo. Hi rexerunt populum per trecentos quin-  
quaginta annos, usque ad annum mundi bis  
millesimum octingentesimum septuagesimum.  
Fuerunt autem hi ordine, 1. Othoniel vel Ath-  
aniel, 2. Ehud, 3. Samgar, 4. Debora & Barack,  
5. Gideon, 6. Ahimelech, 7. Thola, 8. Jair,  
9. Jephtha, 10. Ebzan. 11. Elon, 12. Abdon, 13.  
Simson, 14. Eli. Horum Historia plenius legi 2800  
potest in libris Judicum.

## TRES REGES.

Post Judices quatuordecim sequti sunt  
Reges tres. Noluerant enim Israelitæ con-  
tentii esse Judicibus: Sed Regem poposcerunt  
magno clamore : itaque Judicem ultimus &  
Propheta Samuel in Regem unxit Saulem, qui 2878

B

solo

A. M. solo biennio probus fuit : post nequam & perversus, suoque tandem ipsius gladio incubuit.

## D A V I D .

Sauli successit David, ipsius gener est armiger: feliciter regnavit: floruit: & mortuus est anno ætatis septuagesimo.

## S A L O M O N .

Tertius Rex Salomon Davidis filius flouruit aliquot annis post patrem, quo Regem nec sapientior, nec potentior, nec ditione Sole unquam visus est. Hic ineffabilem possedit auri vim; argenti vero tantum, quantum est lapidum in stratis platearum. Exstruxit Deo templum, in quo opere occupati fuere octuaginta mille operarii, septuaginta mille ministrantes, ter mille trecenti inspectores; Ipse Salomon quotidie aluit in aula sua quinquaginta mille homines: quadraginta mille equos ad opera: duodecim mille equos ad itinera: habuit septingentas uxores legitimas, & trecentas pellices.

Sub senium consensit in idolatriam mulierum suarum: tamen ultimo omnia vanitatis condemnans, pie mortuus est, ut pater ipsius.

## REGNUM

**REGNUM SALOMONIS A. M.**  
**DISTRACTUM.**

Ut omnia ad summum fastigium deducta tandem ruunt: sic & florentissimum Salomonis regnum. Illo enim mortuo secessum est in duas factiores: duæque tribus Judæ & Benjamin, elegerunt sibi peculiares Reges, dictos Reges Judæ; Cæteræ decem tribus item peculiares Reges Israelis; quorum regimen & primum auspicium incidit in annum mundi millesimum: duravitq; per quadringintos circiter annos. Reges Judæ fuere numero viginti: inter quos ultimus Zedechias circa captivitatem Babyloniam.

Reges Israelis fuerunt novendecim. Extitus & terminus horum Regum fuit temporibus Danielis Prophetæ, cum quo finiunt historiæ Sacrae sub prima Monarchia, circa annum à mundo condito termillesimum quadringentesimum. Sub his regibus floruerunt omnes Prophetæ, quorum monumenta in Bibliis leguntur.

**PARTICULA III.**

**HISTORIÆ GRÆCÆ SUB PRIMA MONARCHIA.**

Tempore primæ Monarchiæ in Græcia

Bz

non

A. M. non fuit unum Regnum, sed varii Principes,  
 variæ Respub:; privum & peculiare regimen.  
 exercuerunt in suos. Nimis prolixum foret  
 historias omnium recensere : Et certè tædet  
 me hoc facere cum sciam pleraq; à Græcis tra-  
 dita fabulis & vanitate esse plenissima. Missis  
 aliis hic saltem Trojanas historias recensebo  
 succinctè. In agro Trojano, qui interventu

**Exitus** Archipelagi & maris mediterranei, sejunctus  
 fuit à reliqua Græciâ, primo omnium domi-  
 natus est Teucer: quem secutus Dardanus :

**Israeli-** cumq; Tros conditor Urbis Trojæ: abs quibus

**tarum** hi populi dicti sunt Teucri, Dardani, Troes.

248 4 Eorum successor fuit Ilus, qui arcem Troja-  
 nam, Ilion, extruxit : vixerunt hi tempore  
 duorum ducum Mosis & Josuæ ; Post illos  
 Laomedon gubernavit, tempore primorum  
 Judicum, ejus ætate tum Hercules, tum Jason  
 & Argonautæ suas expeditiones instituerunt.  
 Postremus ditionis illius Rex fuit Priamus, cu-  
 jus filius Alexander, (alias Paris) cum Græciâ  
 perlustrans uxorem Regis Menelai per vim ab-  
 ripuisset, coeperunt reliqua Græciæ Heroes,  
 Agamemnon, Nestor, Achilles, Ulysses aliiq;  
 collectis militibus & classibus instructis Tro-  
 janis bellum movere. Priamus cum suis fi-  
 liis, Hectore, Deiphobo itemq; Ænea, principe

Troja.

Trojano, pro viribus defendere urbem & regionem suam : tandem post integrum decen-nium obsidione peracta per fraudem & dolum capta, expugnata & in flamas conjecta fuit Troja. Peritq; Priamus cum omnibus suis. Sed nec meliorem sortem experti sunt Græci, qui vel in reditu, vel apud suos plæriq; miserè perierunt.

Hoc adjungendum ad historias Græcas, quod tempore Prophetæ Danielis in Græcia vixerunt & floruerunt septem Sapientes, & di-tissimus Rex Crœsus.

#### PARTICULA IV.

#### *Historiæ Romanæ respondentes primæ Monarchiæ.*

In campo Romano seu in Latio, qui vi-xerint, aut imperaverint hominib⁹ initio primæ Monarchiæ, non annotatum est in histo-riis. Circa tempora Mosis & Josuæ tenuerunt has oras populi Aborigines, sic appellati, quia illorum primordia nemo nescivit : Ho-tum Rex postea factus est Janus, qui ob pru-dentiam summam creditus est duplicem ha-buisse faciem. Janum secutus est Latinus circa tempora primorum Judicum: (& quidem cir-ca ætatem Deboræ) cuius filia Lavinia, quæ

B 3

initio

A. M. initio Turno Regi Rutilorum fuerat desponsata, postea data est in uxorem Aeneae principi Trojano, qui post primam conjugem Creusat deperditam, ab exitio urbis Trojae, illuc exul venerat.

Post Aeneam regnavit ejus filius Sylvius: & tandem universim ordine sibi invicem succedentes tredecim Sylvi alii: inter quos ultimus fuit Sylvius Amulius: hujus frater Numitor. Numitoris filia Rhea Sylvia, alias Ilia dicta, compressa nescio a quo milite, quem Martem fuisse dicunt, peperit gemellos, Romulum & Remum, primos conditores urbis Romae. Romulus postquam Remum fratrem interfecisset, Regem se fecit primum urbis Romae. Post hunc mortuum electus est Numa Pompilius, vir admodum religiosus. Tertius Romanorum Rex fuit Tullus Hostilius. Quartus, Ancus Martius. Quintus, Tarquinius Priscus: qui & Lucumo, cuius uxor Tanquil omnium mulierum imperiosissima & maxime fastuosa. Sextus, Servius Tullius, cum quo finitur prima Monarchia. Septimus, Tarquinius superbus, cuius ætas incidit in initium secundæ Monarchiae.

Sylvii isti vixerunt tempore posteriorum Judicum.

Reges

COMPEND: HISTOR:

19. 21

Reges hi septem temporibus trium Re- A. M.  
gum, Saulis, Davidis & Salomonis, ut & se-  
quentium.

*Finū primæ Monarchia.*

LIBER TERTIUS.

De

*Monarchia secundâ Persarum  
& Medorum.*

PARTICULA PRIMA.

**E**xtinguis & abolitis Regibus omnibus Af- 3400  
syricis, Chaldaeis & Babylonis, dixi ad Me-  
dos devolutam esse potestatem : apud quos  
ultimus sub prima Monarchia fuit Astyages.  
Coepit verò secunda Monarchia circa annum  
mundi termillesimum quadringentesimum:  
perennavitq; usq; ad termillesimum sexente-  
simum duodecimum annum mundi : Tota e-  
jus duratio annorum ducentorum duodecim:  
multò sane inferior Monarchiâ primâ, si du-  
rationem spectemus.

I. CYRUS.

Primus Princeps & caput Monarchiæ se- 3410  
cundæ, id est Persicæ, fuit Cyrus, cuius ortum  
& incrementa eleganter describit Justinus.

B 4

Dicit.

**A. M.** Dicitur in Sacris Cores. Fuit Rex verò Dei cultui addictus : multo favore Judæos prosequens. Tandem à Tamiride Massageturum vel Scytarum Regina, cui bellum intulerat, trucidatus, & caput ejus utri pleno sanguinis injectum est.

### 2. CAMBYSES.

**3426** Cyri filius, plurimum descens à virtute paternâ Ægyptum imperio suo adjecit.  
Magus SMERDIS.

**3429** Cambysī successit supposititus quidam Magus, nomine Smerdis, qui à Proceribus regni occisus fuit, neque estimatur inter Monarchs.

### 3. DARIUS.

**3432** In locum Smerdis surrogatus est, & per equi sui hinnitum ad imperium promotus, Dariuſ Hystaspis filius : unus ex fatellitibus regiis, qui Græcis bellum intulit: quod ipsi dixerunt primum bellum Persicum.

### 4. XERXES.

**3464** Sequitur Xerxes, omnium Regum Persicorum potentissimus, quod ipsum jam ante Danieli Prophetæ præfigiverat Angelus. Hic idem est, qui in Bibliis dicitur Ahasverus, cuius prima uxor Vasthi repudiata, secunda Esther. Xerxes bellum itidem movit Græcis, quod fuit secun-

secundum Persicum bellum. Introduxit Xerxes hoc bello in Græciam tantam hominum multitudinem, ut ab iis integra flumina fuerint ebibita, vastissimi montes transportati, ingentes terræ tractus à continente abscessi & circumnavigabiles facti. Herodotus scribit, fuisse sexies milena millia capitum. Sed totus hic exercitus brevissimo temporis spatio in nihilum est redactus à Græcis, ipseque Xerxes deliciis disfluens occisus à suis.

## SUCCESSORES XERXIS.

Xerxem ordine sequtis sunt hi. Quintus, 3525  
 Artaxerxes Longimanus: Sextus, Darius No-  
 thus vel Spurius. Septimus, Artaxerxes Mne- 3547  
 mon: Octavus, Ochus, turpissimus homo,  
 qui octuaginta suos fratres occidit, una die,  
 ipse iterum occisus à Bagoa Eunucho: Arses  
 filius Ochi, quem & ipsum Bagoa interfecit.  
 Ultimus Persicorum Regum fuit Darius Co-  
 domannus, quem Alexander Magnus & bello  
 invasit, & omnem illius exercitum stravit, & 3610  
 Dario imperfecto imperium transtulit ad se.

Atque ita cum hoc Dario Cedomanno  
 finita est secunda Monarchia Persarum, circa  
 annum termillesimum sexcentesimum vige-  
 simum & paulò amplius.

A. M.

## PARTICULA II.

*Historia Judaicæ sub secunda  
MONARCHIA.*

**A**uspicante hac secunda Monarchia soluta est captivitas Babylonica septuaginta annorum, & consenscente Cyro primo Monarcha Persico, in libertatem redierunt Judæi, quadraginta duo mille trecenti & sexaginta. Hi non solum receperunt à Cyro vaſa aurea olim è templo surrepta: sed & potestatem condendi novū templum, quod & auspiciati sunt: sed sequentum Regum perversitate pressi ab opere destiterunt, donec tandem sub Dario Nothro permoti concionibus Prophetarum Zachariæ & Haggai, ædificationem templi promoverunt. Hujus Darii Nothi successor Artaxerxes Mnemon, in aula sua habuit scribam Esdram, & à poculis seu pincernam Nehemiam: Horum auxilio & consilio Judæi novis constitutionibus & legibus ornati sunt, coepitq; Jerusalem novis mœniibus circumdari, & durarunt res Judaicæ in hoc statu usq; ad exitum secundæ hujus Monarchiæ.

PARTI-

## PARTICULA III.

A. M.

*Historiae Græcae correspondentes  
secundæ Monarchia.*

**T**Emporibus Cyri & Cambysis in Græciā Athenienses à Pisistrati posteris (Pisistratidæ dicti fuere) per tyrañidem atrocissimè fuere oppressi & exagitati, ex qua tandem liberati vindicatiq; fuere, circa primum bellum Persicum, quod Darius Hystraspis Græcis intulit. Ei se opposuerunt Athenienses duce Milthiade, cuius tropæa in scriptoribus Græcis utramque paginam faciunt. Hic ductu Milthiadis à Græcis decem millibus, cæsi sunt Persæ bis centum mille: Verum magnus hic dux Milthiades ob crimen peculatus in carcere turpiter mori est coactus.

3432

## Secundum Bellum Persicum.

A Xerxe illatum fuit Græcis novū bellum, 3464 quod ipsi dixerunt secundū Persicum. Quantus exercitus à Xerxe introductus sit in Græciam diximus in historia Xerxis. His sese opposuerunt Lacedemonii seu Spartani, & Athenienses, usi ad hoc Bellū operā, Spartani quidē Leonidis & Pausaniæ: Athenienses verò Themistoclis, Aristidis & Cymonis. Comissa sunt

q[ui]s?

A. M. quatuor prælia memorabilia: primum ad angustias Thermopylarum, ubi (mirabile dictu) trecenti Græci straverunt vices mille Persas, Duce Leonide. Secundum ad Artemisium promontorium duce Themistocle. Tertium ad Salaminem insulā, ubi Persæ magnam cladem fuere passi, & Athenienses, duce Themistocle, navibus profecti sunt alio; urbi in flamas conjecta. Quartum ad Plateas, ubi totus Persicus exercitus profligatus cœsusque fuit cum suo duce Mardonio. Hic Græci in credibilem auri & opum aliarum vim indepti, seipso perdiderunt luxu. Athenienses verò urbem suam restaurarunt invitis Lacedæmoniis.

### BELLUM PELOPONESIACUM.

3525 Sub Artaxerxe Longimano, & Dario Notho Græcis cum exterum hostem non habent, sævierunt in propria viscera, & aliæ civitates alias bello invaserunt. Sicq; seipso atriverunt mutuo, & hoc bellum à scriptoribus vocatur Peloponense, in quo primas egerunt Spartani & Athenienses. Circa hæc tempora floruerunt in Græcia omnes bonæ literæ & artes, & viri toto orbe celeberrimi, Hippocrates, Herodotus, Democritus, Anaxagoras, Socrates,

erates. Philosophi, Euripides, Sophocles, A. M.  
 Poetæ; tum Xeuxes, Polycletus, Parasius insig-  
 nes pingendi artifices. Sub Artaxerxe,  
 Mnemone vixerunt Plato & Diogenes Athe-  
 nis. Plato docuit in loco, qui Academia dictus  
 est. Ochi tempore ibidem dominatus est  
 Philippus Macedoniae Rex, homo vafer, qui 3585  
 non fide sed propria utilitate bella gessit, ro-  
 gatus à viciniis. Hic ex uxore Olympiade ge-  
 nuit Alexandrum Magnum, primum auspi-  
 cem tertiae Monarchiæ Græcorum. Hoc  
 tempore vixit Aristoteles discipulus Platō-  
 nis, per viginti annos; Alexandri Magni præ-  
 ceptor & secretarius per decem annos. De-  
 niq; sub Codomanno ultimo Persico cœpit  
 emergere Alexander magnus.

## PARTICULA IV.

*Historia Romanae, parallela**Monarchie Persica.*

Cyro & Cambysē regnabitibus Roma 2420  
 dominatum exeruit Tarquinius superbus,  
 septimus & ultimus Regum Romanorum,  
 cuius tum crudelitatem, tum alia memorata  
 digna eleganter recenset Livius, quem con-  
 sulere poteritis. Hic primus extruxit capi-  
 tolium in monte Tarpejo. Hujus filius Sex-  
 tus

A. M. tus Tarquinius stuprum intulit Lucretia, quæ  
uxor erat Tarquinii Collatini. Hoc scelere  
moti Romani & Tarquinium & ejus proge-  
niem pepulerunt in exilium, neque unquam  
postea Reges Roma habuit, usque ad Julium  
Cæfarem, primum autorem quartæ Monar-  
chiae. Amoto Tarquinio mox creati sunt  
duo Consules, L. Junius Brutus, filius Servii  
Tullii Sexti Regis, & Tarquinius Collatinus,  
maritus Lucretia: Sed hic ob invisum nomen  
Tarquinii depositus fuit à Consulatu, & in e-  
jus locum electus Valerius Publicola. Tarqui-  
nus configit ad Porsennam Regem Hetru-  
riæ, qui eo nomine Romanis bellum movet,,  
in quo tum Horati⁹ Cocles ob defensum pon-  
tem supplicium; tum Mutius Scævola, ob com-  
buscam igne manum; tum Clelia virgo, ob tra-  
jectum natando Tybrim, suam, & sane dignis-  
simam gloriam fuere consequuti.

Hæc acta sunt sub Dario Hystrasi.

3430 Xerxis tempore evenit clades Fabiorum,,  
qui numero trecenti & sex, Vejos conabantur  
agredi: Sed omnes interierunt: extinctaque  
fuisse hæc familia, nisi unus Fabius infans Ro-  
mæ mansisset, qui postea cunctator dictus fuit.  
Sub Artaxerxe Longimano introductæ sunt.  
Leges duodecim tabularum. Sub Dario No-  
tho

tho Romani continuarunt bella cum vicinis. Sub Mnemone Furius Camillus suam prospiciam & famam in fastigium evexit, dum Vejos post decennalem obsidionem, subjugavit. dum ab exilio revocatus Capitolium, & reliquum Imperium Romanum, liberavit à potestate Brenni Ducis Gallici. Sub Ocho Marcus Curtius se præcipitavit in speluncam seu hiatum, qui exhalans mephitim urbem pestiferè exhauserat: Tunc quoq; L. Manlius postea Torquatus dictus, cum Gigante quodam Gallo duellum iniit, eumq; devicit. Sub ultimo Codomanno Dionysius Siciliæ Tyrannus in exilium pulsus, pædagogi officio fungi coactus, pueros erudire coepit; & sic victum sibi parare. Atq; hic secundæ Monarchiæ terminus est.

*Finū secundæ Monarchiæ.*

## LIBER QUARTUS, De

### *Monarchia tertia Græcorum.*

ALEXANDER MAGNUS.

Devicto, ut ante dictum, Codomanno, devoluta est rerum omnium summa ad Alexandrum Magnum, qui primus est autor & inceptor

A. M. inceptor tertiae Monarchiae Græcorum. Ejus initium incidit in annum mundi ter millesimum sexentesimum vigesimum. Finis in an-

3630

num ter millesimum nongentesimum undeci-

cum, unde tota illius duratio ducentorum nonaginta unius annorum. Igitur Alexan-

der M. subiectus ad regnum Macedonicum,

post patris Philippi mortem ætatis vigesimo anno; postquam Persiam, Medium, & provin-

3620

cias Monarchiarum in potestatem suam rede-

gisset, etiam ad Indias se penetravit, quo ne-

mo venerat ante illum præter Semiramidem.

Hic ducta uxore Roxana filia Satrapæ, rediit

in Persiam, ibiq; item sibi junxit matrimonio

Statiram Codomanni filiam: Tandem cum

duodecim annos belligerando imperium suū

stabilivisset, essetq; factus Rex quasi totius ter-

ræ, mortuus est anno ætatis trigesimo tertio

exacto, febri ardente, postquam se nimis vino

invitasset, anno ante natum Christum trecen-

tesimo vigesimo primo; reliquit post obitum,

matrem Olympiadam, Roxanam uxorem gra-

vidam, quæ peperit posthumum Alexandrum:

itemq; filium Herculem ex alia quadam fœ-

mina, & tandem Aridæum fratrem suum ute-

rinum.

ALE.

## ALEXANDRI SUCCESSORES. A. M.

Demortuo Alexandro ingentes turbæ ex-  
orta sunt inter relictos duces Exercituum, 3627  
quisnam solio regio admovendus esset? Vix  
quispiam fuit inter Proceres, qui non satege-  
rit esse Rex: unde mutuis cædibus plurimi con-  
ciderunt. Referunt Historici ex his Alexan-  
tri Magni ducibus, unum aliquem navi vectū,  
cum suis pervenisse in Megapolim, usum loco  
in signis aut vexilli capite Bucephali Equi Ale-  
xandri. Ab eo postmodum descendentes  
Reges Megapolitani, inter quos primus fuit  
Antirius, inter insignia sua semper usurparunt  
& retinuerunt caput Bucephali in hunc usq;  
diem. Cœterum regnum Alexandri diuisum  
distributumq; fuit in quatuor partes, quas oc-  
cuparunt singulas singuli quidam reges; Ægy-  
ptum Ptolomæus, Syriam Seleucus, Asiam  
minorem Antiochus, Macedoniam & reli-  
quam Græciam Aridæus, Frater Alexandri M.  
sed ita ut Aridæum agnoscerent pro summo  
capite.

## REGES MACEDONIÆ.

In Macedonia Aridæus frater uterinus A. 3630  
lexandri summam nactus est potestatem, sed  
cum turpissimis vitiis laboraret, adjuncti fuere  
illi Tutores Perdiccus & Antipater: Interea O-

C lympia

A. M. lympia passim tyrannidē exercuit, & postqvā plurimos sustulisset ē medio, iterum ab Antipatri filio Cassandro circumventa, neciqt; tandem data fuit cum omnib⁹ suis, ita, ut intra triginta annos de Alexandro M. nihil reliqui manserit superstes. Cassandrum secutus est Lysimachus, donec tandem Macedonia & Græcia pervenerint in potestatem Romanorum..

REGES NATOLIÆ  
vel

ASIÆ MINORIS.

Hi saltem fuere duo, Antigonus pater & Demetrius, qvibus devictis à regibus Syriæ & Ægypti, Natolia in istorum potestatem pervenit.

REGES ÆGYPTI.

3630 Qvi in Ægypto post Alexandrum dominati sunt omnes dicti fuere Ptolomæi, addito cognomento aliquo. Numerantur decem ordine, inter qvos primus Ptolomæus Lagi, sub qvo Hierosolyma fuit capta, & tota Judæa, Ægyptiis subjecta. Secundus Ptolomæus Philadelphus, vir literarum amantissimus, qvi in Alexandria Metropoli Ægypti Bibliothecam instruxit, ope Demetrii Phalerei, qvi ex omnibus Terræ partibus conquisitos diversos autores manuscriptos illuc detulit, teste ipsomet,

ultra

ultra ducenta millia, qui post accreverunt, di- A. M.  
cente Gellio, usq; ad sexcenta millia. Hic i-  
pse Ptolomæus Biblia transponi curavit exHe-  
bræo in Græcum sermonem, anno mundi ter-  
millesimo sexcentesimo octuagesimo, usus o-  
perà septuaginta duorum interpretum(vulgo  
numerantur septuaginta) de qvâq; tribu sex  
(fuere tribus duodecim). Ultimus Ptolomæus  
Demetrius, cuius soror Cleopatra. Iste de-  
regno dejectus, hæc consvesens cum C. Julio,  
à Romanis illuc missò ad componendas lites,  
aliquandiu Regina mansit: post tamen Ægy-  
ptus tota ad Romanos pervenit.

## REGES SYRIÆ.

Hifueru numero septendecim, pleriq; (pau-  
cis exceptis, dicti Seleuci aut Antiochi: Medius  
inter eos fuit Antiochus nobilis, vir scelestus, 3764  
miseric modis exercitos habens Judæos : ima-  
go Antichristi, Dan. 12. perversa radix, lib.  
Maccab. de qvo plena est historia apud Mac-  
cabæos. Ultimus fuit Tygranes, qvem bello  
devicit Pompejus à Romanis illuc ablegatus,  
atq; ita Syria à Pompejo Romano devicta, Æ-  
gyptus à D. Julio Romano, duoq; regna reli-  
qua, auspiciū præbuerunt novæ & quartæ  
Monarchiæ Romanorum.

C 2

PAR

## PARTICULA II.

*Historie Hebraorum sub  
tertia Monarchia.*

3620 Cum Alexander M. nondum devicisset Darium, sed primum saltem iniisset prælium cum eo, ducto Exercitu conatus est occupare Hierosolymas: sed cum illi Taddus summus Sacerdos cum sacerdotio Universo obviam procederet, desistit Alexander à proposito, & eos gratia & favore prosecutus est, urbemque servavit in gratiam Sacerdotum. Sub Ptolomæo Lagi occupatæ fuerunt Hierosolymæ, totaq; Judæa regibus Ægyptiis subjecta die festo Sabbathi, quo Judæis religio erat se defendere & armis uti. Paulo post Ptolomæum, Philadelphum vixit Syracides, cuius liber pareneticus legitur, extatq; in bibliis.

3760 Sub Antiocho magno ingrandes angustias conjecti fuere Hebræi, unde tunc inter eos cœperunt duces constitui, qui se se opponarent tyrannidi hujus viri. Inter duces primus fuit Matthathias, strenuus suorum defensor. Secundus Judas Maccabæus, heros inclytus, insignis assertor patriæ religionis, templum repurgavit ejecto Jovis idolo, fœdus quoq; invit.

ivit cum Rom: Tertius Jonathas, Quartus A. M.  
 Simon. Quintus Johannes Hircanus, qui &  
 dux fuit & summus Pontifex, & vaticinandi  
 arte donatus. Sub hoc cœperunt apud He-  
 bræos tres sectæ, Pharisæi, Saducæi & Essæi.  
 Post duces quinq; dominati sunt reges nōnulli  
 in populo Judaico, inter quos celebriores fuere  
 Hircanus & Aristobulus fratres, qui cum non  
 possent convenire deceptio, Româ accersitus  
 fuit Pompejus Magnus. Is utrumq; spoliavit  
 regno, & ipse id occupavit, in commodum Ro-  
 manorum. Ultimus inter reges fuit Antipa-  
 ter Herodis primi, qui cum J. Cæsare conspi-  
 ravit. Facta hæc sunt circa Exitum Græcæ  
 Monarchiæ, cum Pompejus Cæsar & Crassus  
 primatum obtinuerunt Romæ.

## PARTICULA III.

*Historia Romanorum correspondentes tertia Monarchia.*

Temporibus Ptolomæi Lagi Successoris  
 Alexandri, Romani per quinquaginta fere an-  
 nos occupati fuere bello cum Samnitibus ge-  
 rendo. Nulla fuit natio Romanis tot turbas  
 movens, quam Samnites, Eos tamen tandem  
 ad obedientiam adegit Manius Curius, vir par-  
 tim ob frugalitatem, partim ob animi con-  
 ciliis. C 3 stan.

A. M. stantiam summam laudem adeptus. Hic est qui rapas assabat, & anteferebat donis aureis Samnitum: Hic est de quo Horatius:

*Qui Curios simulant & Bacchanalia vivunt.*

Sub Ptolomæo Philadelpho gestum fuit bellum cum Pirrho rege Epiri, heroe fortissimo, qui tria prælia cum Romanis inivit; in primo victor, Cæsis sub consule Levino septem milibus: victor etiam in secundo, in quo Romanorum dux C. Fabricius, ubi ceciderunt sex mille Romani: in tertio ipse Pyrrhus devitus fuit à Curio, jam Paulo ante laudato.

Haud multo post ortum fuit primum bellum Punicum, in quo Syracusani & Carthaginenses cogitarant oppugnare Messanienses sub duce Hyerone; sed Romani primum in potestatem suam redegerunt omnes regiones mediterraneas circa Carthaginem, post in Siciliam trahere, ubi item occuparunt non nullas urbes. Cum viderent rem feliciter sibi cadere, etiam ipsam Carthaginem aggredi animus fuit Romanis: miserunt igitur illuc duos Consules L. Manlium & M. Regulum cum navibus centū triginta, cum viris 14000. quibus Carthaginenses opposuerunt 150. naues: viros 15000. Commissio prælio victi fuere Carthaginenses, & Romam adducti à

Manlie

Manlio captivi viginti mille. Regulus reli- A. M.  
ctus in Africa plurima loca subjugavit: tan-  
dem inpetias nocti Carthaginenses, strave-  
runt Regulum cum omnibus copiis & ipsum  
captivum duxerunt: post aliquoties ultro ci-  
trop; viictum & deperditum est à Romanis &  
Carthaginensibus. Tandem Regulus Romam  
missus, cum non reduxisset captivos Cartha-  
ginenses, miserrimè fuit ad mortem devolu-  
tus. Tandem sub duce Amilcare Cartha-  
ginenses pacem inierunt cum Romanis, sed du-  
rissimis conditionibus coacti dedere istis Sici-  
liam, Corsicam, aliasq; insulas. Hic Amilcar  
pater fuit Hannibal, quem puerum noven-  
nem coegerit juramento ad aras Deorum dato  
spondere se moriturum hostem Romano-  
rum, qvod & masculè fecit.

### Secundum bellum Punicum.

Sub Ptolomæo Philopatre Annibal autor 3731  
fuit Carthaginensibus, ne conditiones Roma-  
nis datas servarent: itaq; bellum spirans, in  
Italiam duxit exercitum ingentem, & Alpes  
inaccessas flammâ & aceto diffidens, transi-  
tum sibi suisque fecit. Primus conflictus sub  
Romanorum dnce P. Scipione factus est juxta  
lacum Lemanum, ubi ab Hannibale cœsi sunt

C 4 Roma-

Romani. In secundo prælio ad Fluvium Trebiūm, itidem Romani tam ferro quam annis submersi succubuerunt. Tertium prælium instituit Hannibal ad lacum Thrasimerum, ubi similiter vīctor evasit, & occisi Romani quindecies mille: captivi abducti sex mille.

Quartum & ultimum Italia prælium, commissum fuit ad Cannas cum tanta Romanorum strage, ut ab urbe condita nunquam majus damnum passi fuerint Romani. Consules intererant & prærerant huic prælio Æmilius & Varro. Æmilius cœsus fuit cum octoginta Senatoribus: perierunt quadraginta mille pedites, bis mille septingenti Equites: Varro Romanam fugit, gratias accepit, quod nondum desperasset de re Romana. Hannibal si ita bene scivisset persequi victoriā, quam vincere, potuisset recto pede Romanam ingredi; & eam, totumq; imperium occupare: sed nimis improvidas moras nexuit. Hannibali sese opposuit Fabius, Electus dux à Romanis, qui Hannibalem cunctando & tergi-versando propemodum vicit, non militando, unde dictus est Fabius cunctator, deq; eo notus est versiculus,

*Unus homo nobis cunctando restituit rem.*  
Interea Romani per obliquum Hannibali ægre

græfacturi, primo Marcellum misere cum exercitu Syracusas versus, quas ipse devicit, ubi & imperfectus fuit Archimedes. Miserunt etiam Scipionem Africanum Carthaginem versus. Hinc moti Carthaginenses Hannibalem revocant ex Italia: Committitur prælium; superantur Carthaginenses, & pacem ineunt durissimis conditionibus, inter quas haec fuere: Primo, ut praesentes numerarent sexaginta tonnas auri; Secundo, ne in posterum classem in mari struerent. Hannibal odio habitus à Carthaginensibus, quibus autor fuerat belli hujus per quatuordecim continuos annos gesti, in Persiam confugit, ubi tandem veneno assumpto seipsum interemit.

### Tertium bellum Punicum.

Anno à Mundo condito ter millesimo octingentesimo, sub Ptolomæo Philometore, Masinissa Rex Numidiæ (quæ hodie est Barbatria, dicitur weisse Mohren) liticulas alebat cum vicinis suis Carthaginensibus. Hi classem instruxerunt adversus Masinissam nimis magnam pro re nata, id suspectum visum fuit Romanis, adeoque Carthaginensibus bellum omnino erat indicendum: Primò, siquidem confederatum Romanis Masinissam aggressi essent;

C 5

Secun-

Secundo qvia contra pactum adornassent classem. Igitur illuc missi consules, qvibus mox se subjicit urbs Utica, ipsaq; item Carthago. Sed cum hi Consules non nimis bona fide agerent, juberentq; Carthaginenses urbem suam in ignem conthicere, & novam aliam alibi condere, poenituit illos initæ conditionis. Adornatur bellum; & deficientibus funibus nauticis, foeminæ capillos abscisso porrigunt, ex qvibus facti sunt rudentes, & integratum est prælium. Romani succubuerunt. Mittitur illuc cum Exercitu novo Scipio Æmilius adolescens admodum consul creatus, qvi anteā è monte spectaverat conflictum Masinissæ & Carthaginem, jurans se nunquam vidisse jucundius spectaculum. Hic Scipio Carthaginem circumdat fossâ, cuius ambitus qvinq; milliarium Germanicorum. Tandem devicta fuit Carthago: & dediderunt se Scipioni quadraginta mille homines, una cum Duce Asdrubale, cuius uxor insignis virago, nolens se captivam dare Scipioni, præcipitem se dedit in flamas: atque ita pulcherrima urbs Carthago, postqvam steterat septingentos triginta septem annos, primitus exstructa à Didone, conjecta fuit inflamas, redacta penitus in eineres, & solo æqvata. Scipio cum urbem hanc

COMPEND: HISTOR:

hanc undiqvaq; ardente cerneret, tenerimè A. M.  
lacrymavit, dicens idem posse accidere patriæ  
suæ Romæ. Arsit autem illa urbs per septem-  
decim integros dies & noctes, unde ejus am-  
plitudinem æstimare habemus.

Bellum Jugurthinum.

Micipsa Massinissæ filius, Rex Numidiæ 383 o  
moriens hæredes constituerat filios duos, A-  
therbalem & Hiempalem; itemq; Nepotem ex  
fratre Jugurthā. Hic Jugurtha licet fons ascit,  
animo inexplebilis, ut solus dominaretur, cu-  
ravit Hiempalem clam tolli è medio ; Ather-  
bali bellum movit. Is Romanos vocat in sub-  
sidium, qvi illuc legatos mittunt, ut res com-  
poneretur : Eos auro corruptit Jugurtha :  
occupat meliorem partem regni divisi inter  
hos duos. Sed nec eo contentus etiam Adher-  
balem occidi curavit. Accersitus Romam sistic  
quidem se, sed postmodum clam effugit ; mis-  
sus exercitus Româ ad eum domandum. Tan-  
dem ipse vincitur prælio, & Romam adductus  
conjicitur in carcerem, ubi postqvam per se-  
ptem dies fuisset maceratus fame, interiit.  
Hæc fuere gesta sub Ptolomæo Lago.

Bellum

A. M.

## Bellum Mithridaticum.

3851

Sub Ptolomæo Aulete Romani Mithridatem Ponti regem (quæ est Asiae minoris provincia juxta Pontum Euxinum) bello invaserunt. Hic est Mithridates ille in medicina ad miraculum versatus, ex cuius inventione hominem possidemus Mithridatum, medicamentum famosum.

Post varia prælia missus fuit Româ Sylla infensus hostis Marii, qui duabus vicibus diversis illuc duxit exercitum: Mithridatem devicit. Ast Romam reversus Sylla, nimis quam exercuit tyrannidem: capitolium cum libris Sibyllinis incendit, sex mille homines, qui fidei ipsius se dederant, trucidari jubet: ultra centum mille alios gladio perdit, nobiles bis mille sexcentos tollit è medio. In Ponto cum Mithridates vires collegisset, & ferro necari curasset octuaginta mille Romanos, qualis laniena nunquam antea visa, missus fuit ad eum puniendum Cneus Pompejus; qui eum penitus debellavit & fugere coegerit in longinas regiones. Reversus in Pontum Mithridates à proprio filio fuit circumventus: itaq; gestiens è vitâ exire hausit venenum robustissimum, sed nihil id illi nocuit nam,

nam, Fecerat Epoto Mithridates s<sup>a</sup>epe veneno, A. M.  
Toxica ne possent s<sup>a</sup>eva nocere sibi. Tandem  
proprio gladio incumbens se transfodit, nec  
id vulnus lethale fuit: proinde qui in procin-  
ctu erant milites filii ipsius, penitus ipsum de-  
jecerunt de vita.

### Quintus Sertorius.

Hic cum in Hispaniam profugisset ob tur- 3867  
bas Romæ concitatas, electus est dux belli à  
Lusitanis. Ei obviam missi sunt à Romanis  
Marcellus & Pompejus: iste Senior, hic Ju-  
venculus. Sed Sertorius strenuè & masculè rem-  
gessit, & saltem octo millibus viris stipatus de-  
vicit quatuor Duces Romanos, cecidit cen-  
tum viginti millia Romanorum, sex mille E-  
quites, bis mille Sagittarios. Marcellum ve-  
hementer agitavit, itemq; Pompejum, ita ut  
optarent remotissimi esse à Sertorio. Pompe-  
jum ita pressit ut noctu vix potuerit fugâ, &  
quidem pedes, vitæ suæ consulere. Cum au-  
disset ambos illos Duces copias suas conjun-  
xisse, distulit conflictum, hæc verba per con-  
temptum profatus: equidem virgis cecidi-  
sem puerum istum (Pompejum) nisi superve-  
nisse vetulam eretrix (Marcellus).

Con-

A. M.

## Conjuratio Catilinaria.

3886 Qvæ supersunt in historiis Romanis, gesta sunt sub Ptolomæo ultimo Ægypti rege, & eius sorore Antipatra. Catilina homo seditionis dolens sibi antepositos in consulatu Cottam & Manlium, cogitavit eos ē medio tollere. Itaq; adjunxit sibi cohortem ferocium juvenum, qui hausto ē patera sangvine occisi pueri, fidem inter se jurarunt. Sed conspiratio detecta fuit à Cicerone. Is Catilinam graviter accusavit in Senatu, Catilina profugus. Cicero omnes complices patricios & cives per carnificem occidi jussit. Missi etiam sunt qui conjuratos cum capite suo extinxerunt.

Triumviratus Crassi C. Julii  
Cæsaris & Pompeji.

3892

Hoc etiam tempore summa potestas erat penes tres hos viros, M. Crassum, C. Julium Cæsarē (qui post Imperator prim⁹ factus apud Romanos) & Pompejum cognomento Magnum. Crassus in Syriam ivit, qvæ jam sublatis Regibus facta erat Provincia Romanorum: ibi Hierosolymam ingressus & nihil spirans præter aurum & opes, ut templo parceret accepit ab Eleasare sacerdote trabem solidi auri,

pony

pondere librarum septingentarum quadra-  
ginta. Sed non contentus hoc donario è tem-  
plo abstulit sexages centies mille coronatos.  
omnes urbes coeteras enormiter pressit & e-  
munxit auro. Progressus ulterius ad Parthos  
occisus fuit ab iisdem. In eos defuncti os pro-  
prii milites aurum liquefactum infuderunt,  
jubentes ut mortuus biberet aurum, quo vi-  
vus satiari nunquam potuisset. Secundus C.  
Julius juvenis militavit in Asia, post Rhodi li-  
teris incubuit, è Galliis abegit Ariovistum Re-  
gem Germanorum, nec non Hessos & West-  
phalos: & in Britaniam pedem intulit. Sed huj,  
historia pertinet ad quartam Monarchiam.  
Tertius Pompejus invidens felicitati & gloriæ  
Jul. Cæsar, tantum effecit apud senatum, ut  
Julius juberetur dimittere militem, & priva-  
tam vitam agere. Id noluit ipse nisi idem  
prius faceret Pompejus cum suo exercitu: hinc  
acerrimæ illæ turbæ initium duxerunt, & Cæ-  
sar cum suis reliquit Romam. Pompejus auto-  
ritate & potestate summa porro gavisus est.  
Mox Pompejus in Græciam se contulit, Cæsar  
repetiit Romam. Verùm haud multo post inse-  
cutus est Pompejum, eumq; in Græcia ita pres-  
sit strato & fugato illius Exercitu, ut Pompejus  
coactus fuerit fugere, in Ægyptum ad ultimū  
regem.

A. M. regem Ptolomæum Dionysium, qui sub schēmate amicitiæ in cymba eum accersitum misit. Sed protinus caput ejus abscondi curavit, spectante in littore Pompeji conjugé. Interiit igitur eodem die Pompejus, quo triumphaverat de Mithridate : vir immensæ potentia, & ea propter Magnus dictus, qui profari solebat, se pulsu pedis facere posse, ut tota Asia contremiseret.

## PARTICULA IV.

*Historie Germanorum sub  
tertia Monarchia.*

3892

Regnante in Ægypto Ptolomæo Lathyro rege octavo, Cimbri, qui sunt Dani & Holsati, in Jutiâ locisq; vicinis, pressi aquarum inundatione, novas quæsiverunt sedes, conatiq; sunt coloniam ducere in Italiam per Germaniam: adjunxerunt se illis Helvetii: Romani illis ex-adversim miserè duces cum exercitu, qui omnes prostrati fuere, & quidem hominum bellicosorum circiter septuaginta mille: mancipiorum quadraginta mille. Post hinc allegatus est contra eos C. Marius, qui primus in hac expeditione usurpavit signum aquilæ, quod post semper retinuerunt Romani Imperatores, atque illud factum ante natum Christum

stum anno centesimo secundo. A Mario cæsi A. M.  
Helvetii ducenties mille. Cimbricæ mulieres  
cum viderent viros interfectos, trucidatis pri-  
mum infantum aliquot myriadibus, nexitis fu-  
nibus ē capillitio suo, pensiles se fecerunt de-  
arboribus.

### Bellum Ariovisti.

Ariovistus Dux & Rex fuit Germanorum  
sub ultimo Ægypti Rege, temporibus Julii 3891  
Cæsaris. Hic admissus est in amicitiam & con-  
fœderationem Romanorum. Ivit in Galliam  
cum exercitu, ubi tunc Julius Cæsar rem gessit.  
Sed grassatus est aliquanto vehementius, pro-  
inde à Cæsare fugatus Basileam usque, ubi &  
ipse Ariovistus, & ejus exercitus deleti sunt.

### Hessi & Westphali.

Eodem Cæsare commorante in Galliâ hi 3893  
qvos dixi populi, petierunt sibi concedi in  
Gallia sedes & habitationes. Id iis negatum  
fuit. Turbas dantes Cæsar profligavit & de-  
bellavit inter Rhenum & Mosam, pervenitq;  
ipse in Civiam & Geldriam usq;; Iste stravit  
pontem super Rhenum. Sed cum audisset  
Svevos instruere maximum exercitum, cōfre-  
git Pontem & Germaniam reliquit, postqvam  
saltem 18 dies in ea fuisset commoratus.

D

LIBER

*De quarta Monarchia Ro-  
manorum.*

3902 Postquam Pompejus devicisset Reges ultimos superstites Imperii Græci, & Pompejum iterum devicisset Caius Julius Cæsar, fuit hic consciente Senatu Romano electus in Dictatorem & Imperatorem perpetuum. Hic Julius Cæsar prima auspicia dedit quartæ Monarchiæ Romanorum, qvæ incepit Anno Mundi 3902, 45 annis circiter ante natum Christum. Accepit qvidem Julius Cæsar Imperium Romanum amplissimis limitibus expansum, per totam Europam, per Asiam, & magnam Africæ partem: Verum huic Aqvilæ Romanæ nobiliores pennæ evulsæ sunt, nec quicquam ad Imperium spectat, præter Germaniam & Bohemiā; imo ne quidem tota Germania. Nam Belgium pars est Germaniæ, non tamen pars Imperii. Qvarta hæc Monarchia inter omnes diutissime perrennavit ferè 1681 annos. Ejus primus Inceptor & Autor fuit Caius Cæsar, abs quo usq; ad hunc Ferdinand: III. jam Imperatores 123, continuata serie numerati sunt. Qvanquam vero hoc Imperium propa-

propagatum sit ad Germanos, neq; aliis quam  
Germanus Imperator eligi possit à VII. Ele-  
ctoribus Germanis, nihilominus appellari so-  
let Imperium Romanorum, scilicet propter  
originem; Quale enim apud Romanos olim  
fuit, tale translatum & propagatū est ad Ger-  
manos, retinetq; hodienum insigne antiquum  
Aqvilam. Cæterum qvia Imperatores Ger-  
mani triplicem qvondam sedem obtinuerunt,  
& aliqui in Occidente apud Rōmanos, aliqui  
in Oriente apud Græcos, aliqui medio loco  
in Germania Imperii sui sedes fixerunt; Pro-  
inde totam seriem Imperatorum qvartæ Mo-  
narchiæ includemns tribus classibus.

## I.

## IMPERATORES OCCIDENTALES

fuere 51.

## I. Cajus Julius Cæsar.

De hujus primi Autoris & capitib; Romani  
Imperii, generosa indole plurima annotata  
sunt apud Historicos, qvæ fere fidem superant,  
qvale & illud, qvod semel & una vice potue-  
rit legere, scribere, & dictare quaternas literas  
magni momenti. Ejus scripta de Bello Gal-  
lico & Civili hodie in magno pretio haben-  
tur. Collatis signis dimicavit qvinqvagies;  
& occisa ab eo 110000 & 92000 hominum.

Dz      Rebus

A. M. Rebus Astronomicis , addictissimus fuit, ad eoq; ut Lucanus scribit, Media inter prælia semper. Astrorum cœliq; vii superis vacavit, Annum digessit in commodissimum ordinem, qvo hodienum utimur, & ab ipso Julianum appellamus, constantem 365 & 6 horis. Ipse de suo nomine Quintilem Julium appellavit, quemadmodum Augustus Sextilem vacavit Augustum. Initio Cæsar bonus & laudabilis fuit: sed post tot partas victorias superbissimus, invisus coepit esse populo, unde à plus quam sexagintaviris conspiratum est in illius mortem, inter quos præcipui fuere Cæsius & Brutus, ipsiis idibus Martii, quando vi protractus in Curiam, ibidem occisus & 23 vulneribus confossus fuit A. M. 3096.

## II. Cæsar Octavianus vel Octavius Augustus.

Augustus eodem anno quo Julius  
3096 trucidatus in Curia electus est in Imperatorem & Successorem Julii, cuius mortem ipse serio vindicavit ope Lepidi & Antonii. Huic Antonio sororem suam Octaviam nuptam elocavit, sed ea deserta Antonius se contulit in Ægyptum ad Cleopatram , & ejus consuetudine nimis quam familiariter usus est. Id cum male

malè haberet Cæsarem Augustum, profectus A. M.  
est hic cum Exercitu in Ægyptum, & commisso  
prælio apud Promontorium Actæum, profili-  
gavit & devicit Antonium, qui postidea suis  
se manibus interfecit: Cleopatra rö aspidib⁹  
ad mammas admotis sese vitâ spoliavit, quam  
Augustus ad Triumphum servare cupiens, re-  
tinuisset libenter superstitem: quapropter  
Psilos serpentivoros ei applicuit, sperans fo-  
re, ut hi afflatu venenum elicerent, sed man-  
sit Cleopatra mortua. Nihilominus ipse Au-  
gustus, de ipsa mortua triumphavit. Hic est  
Antonius, hæc Cleopatra, cuius insanus luxus  
adeo famigerabilis est apud Historicos. Cum  
enim Cleopatra professa fuissest Antonio suo  
se una cœna absunturam 500000. coronatos,  
Margaritam quam aure pendulam gerebat,  
aceto dissolutam hausit, cuius pretium erat in-  
æstimabile.

Cæterum Augustus post devictum Anto-  
nium conciliaverat toti orbi Romano ple-  
nam & tranquillam pacem, quapropter tunc  
templum Jani secunda vice clausum fuit. Nam  
Numa Pompilius secundus Rex Romanorum,  
Jano sacraverat Templum, ea lege, ut apertum  
ostenderet bella, clausum v. pacem, fuitq; primò  
hoc templū occlusum sub Numa; secundò sub

D 3

Aug⁹

Augusto clausum. Hoc tempore Augustus sub imperio suo continebat Regna, quæ redacta in provincias moderabatur per praesides Juratos, cumque latissime se extenderet illius potestas, promulgavit Edictum Anno à M. C. 3947. ut Totus Orbis Romanae ditionis in sin-

**A. M.** gula capita censeretur. Hoc ipso anno natus **3947** fuit Salvator noster CHRISTUS, Post quem natum Augustus adhuc vixit 14 annos. Ab isto anno imposterum incipiens numerare nos annos à Nato CHRISTO.

Sub Augusto floruerunt Romæ Virgilius, qui isto amico & autore insigni usus est; vixit item tunc Horatius, nec non Ovidius, qui tamen ab Augusto in exilium ejectus fuit, eo, quod scripsisset libros de arte amandi, quorum lectione, Julia Augusti filia, adducta fuit ad turpissimum vitae genus, quæ res non solum mœrorem justum, sed & turpitudinem domesticam attulit Augusto. Julia post aliquos viros, quibus nupserat, desertos ingressa publica lupanaria seipsum præstituit obviis quibusq; : quin in foro etiam publico suam libidinem exercuit...

Porro regnante Augusto Drusus cum Exercitu in Germaniam se contulit, & isthic vehementer grassatus est, atq; ita afflixit Germanos,

nos, ut cum alicui mala precari vellent, Druso  
eum consecrarent (*dat dy de Droß hole*) Sed  
hic Drusus inter Salam & Rhenum fluvium,  
cum fregisset crus, tandem Moguntiae mor-  
tuus est.

Fere oblitus fueram Ciceronis, qvi & ipse  
cum Poetis prælaudatis, aliquam vitæ partem  
transegit sub Augusto, sub eodemq; clausit  
dies vitæ suæ. Erat tum Triumviratus Romæ,  
qvem gerebant Augustus, Antonius, Lepi-  
dus, urbi nocentissimus. Inter hos Antonius  
hostis erat capitalis Ciceronis, qvem & ipse  
proscriptione internecina (*Bogelsrey*) exter-  
minaverat ex hominum conversatione. Mis-  
sus est igitur ad eum occidendum Popilius  
qvidam, qvi illum in lectica inventum, & ge-  
statum à Ministris, capite privavit, qvod illi tri-  
bus aut 4 iictibus abscidit, insuperq; dexteram,  
& præmii loco donatus est ab Antonio 40000  
aureis. Caput & dextera qva tot monumenta  
peregit, clavis affixa fuere publicè ad valvas in  
ignominiam; Facta haec sunt Anno ætatis Ci-  
ceronis 64, ante Christum natum 40. 7 De-  
cemb. Tandem Augustus mortuus est Nolæ  
in urbe Italæ, anno ætatis 75, Imperii post Ju-  
lium Cæsarem anno 57 $\frac{1}{2}$ , Anno post natum  
Christum 15; sublatus, ut fama est, veneno, à Li-

D 4

via

via secunda sua conjugi vetula nequissima,  
qva ut suum filium Claudium Tiberium pro-  
veheret ad imperium, id molita fuit.

## A. C.

16

Tiberius privignus Augusti, filius Liviae,  
factus est Imperator eodem anno quo obiit  
Augustus, sc. Anno Christi 15, initio benignus  
satis; sed postea crudelis & haut bona frugis.  
Occidi curavit Agrippam nepotem Augusti  
ex filia Julia, ne ab eo impediretur in Imperio;  
Mortuus est anno Christi 37.

37

*IV. Cajus Caligula.*  
Cajus Caligula anno Christi 37. Tiberio  
successit, turpissima sane bestia: prodigus, su-  
perbus, crudelis, incestuosus. Nota est illius  
vox: Oderint dummodo metuant, Item: U-  
tinam populo Romano una esset cervix, qvam  
uno iectu præciderem. Occisus est à suis satelli-  
tibus.

41

*V. Claudius Drusus.*  
Regnare cœpit anno Christi 41. homo  
simplex: cuius prima uxor Messalina prosti-  
tutæ foemina pudicitiae, ex qva suscepit filium  
Germanicum. Secunda ejus uxor Agrippina  
na, oriunda in Ubiis ubi Colonia est, hæc na-  
talem suam urbem Coloniam ad Rhenum, in-  
signiter amplificavit & illustrem fecit, qvo ho-  
die-

dienum ab eādem Colonia Agrippina dici-  
tur anno Christi 50. Hęc Senecam Philo-  
phum ab exilio revocavit in urbem, & eum  
Pręceptorem constituit filii sui Neronis, quem  
cum prę Germanico evehere vellet ad impe-  
riū, Boletos venenosos comedendos appo-  
suit Druso, qui & inde mortuus est: unde ver-  
sus, Boleti lethi causa fuere mei.

A. C.

*VI. Claudio Domitius Nero.*

Capeſſivit imperium anno Christi 55, 55  
anno æratis 17. usus est pręceptore Seneca,  
initio laudabilis fuit, sed cum primum occi-  
diſſet Germanicum crudelissimus factus, cu-  
ravit ferro transfodi propriam matrem Agrip-  
pinam: Senecam qvoq; Pręceptorem vena-  
ſecta emiſſo ſangvine adegit ad mortem; Uxo-  
rem qvoq; ejus interfici curavit; uti & Pau-  
lum Apoſtolum capite plecti, Petrum item oc-  
cidi: neque eo contentuſ, terribili incendio  
perdiſſit majorem urbis Romæ partem, cumq;  
culpam tranſtulifſet in Christianos, hinc ex-  
orta eſt prima Christianorum perſeſſio ſub  
Nerone. Damnatus eſt communibus Sena-  
tus ſententiis ad mortem, anno Christi 67,  
qvod cum intellexiſſet petiit mori, & occidi  
manibus servi ſui; hoc negante arrepto servi  
ſui enſe, ſe iſpum transfodit.

D 5

VII. Gal-

A. C. VII. *Galba*, VIII. *Otto*. IX. *Vitellius*,  
X. *Flavius Vespasianus*.

70 Vespasianus circa annum Christi 70, Imperator factus laudem meruit optimi Principis. Hic ablegavit filium suum Titum cum Exercitu Hierosolymas, qui eas cepit obsidere 14 Aprilis in festo Paschatis; duravit obsidio usq: ad 7 Septemb. tum capta haec Metropolis, pleraq; urbs conjecta in flamas; potior pars incolarum ferro mactata, plurimi captivi abducti, thesaurus è templo abreptus, & à Tito translatus Romā, depositusq; in templo pacis.

XI. *Titus Vespasianus*.

80 Flavii filius, expugnator Hierosolymarum, optimus Princeps, dictus Delicium generis humani.

Seqvuntur in posterum famosiores Imperatores occidentales, quorum summam breviter confignabimus ne in immensum ex crescatur hoc compendium.

XII. *Flavius Domitianus*.

86 Tyrannus, premens Christianos secunda persecutione.

97 XIII. *Nerva Cocceius*.

Bonus Imperator.

99 XIV. *Ulpianus Trajanus*.

Tertiæ persecutioni occasionem dedit.

XV. *E-*

COMPEND: HISTOR:

	57
	A. C.
XV. <i>Aelius Adrianus.</i>	118
Christianorum amicus.	
XVI. <i>Antonius Pius.</i>	141
Bonus Princeps.	
XVII. <i>Marcus Antonius Philosophus.</i>	161
Prioris filius ita dictus, qvia 30 ætatis anno Scholas Philosophorum frequentavit. Hoc tempore Romanum imperium fuit ē ἀκμῆ, in cacumine & meridie: postea semper declinavit & descivit a vigore pristino.	
XVIII. <i>Commodus Verus.</i>	182
Nequam & perversus Imperator.	
XIX. <i>Aelius Pertinax.</i>	197
Ex Professore Grammatico Imperator bonus.	
XX. <i>Decius Julianus.</i>	198
Imperator Nequam.	
XXI. <i>Septimius Severus.</i>	211
Hic fuit sub quo quinta persecutio Christianorum facta.	
XXII. <i>Antonius Bassianus Caracalla.</i>	211
Nequissimus bipedum, crudelis; lascivia, & petulantia non agnovit parem; quam etiam experiri coactæ Virgines Vestales. Hujus vox ad rovercam, si liceret liberet.	
XXIII. <i>Post.</i>	

A. M.

218

*XIII. Popilius Macrinus.**XIV. Heliogabalus.*

**220** Ex incesto concubitu prognatus, sceleribus vincens Caligulam, Neronem, & quicquid fuit dissolutorum hominum, occisus fuit in latrina, & mox alligato ad collum saxo, projectus in Tiberim, una cum matre dignata eleganti filio.

270

*XXV. Aurelius Valerius.*

304

*XL I. Constantinus Magnus.*

Primus Imperator Christianus, estq; is qui vidit signum crucis, pleno meridie, cum hac inscriptione, In hoc signo vinces; Constantinopolim extruxit...

361

*XLIIII. Julianus Apostata.*

Genitus parentibus Christianis, & educatus, publicè se dedidit Ethnicismo; tandem à Christo pessundatus exclamavit, Viciisti tandem Galilæe.

407

*L. Arcadius & Honorius.*

Fratres, sub quibus dividi cœpit Imperium Romanum: & Arcadius quidem concessit in Orientem, Constatinopolim versus: Honorius mansit Romæ in occidente.

431

*L I. Valentinianus.**Ultimus Imperator occidentalis.*

PAR.

## PARTICULA II.

*Parallelæ Historia Judaicæ*

&amp; Ecclesiastica.

Sub Julio Cæsare.

Cæsar is indultu dominatus est in Judæa,  
 Antipater, qui filium suum Herodem, primū  
 vel magnum præsidem fecit Ecclesiarum Ju-  
 daicarum ; hominem crudelem, & à religione  
 aversum.

Sub Augusto 3932, nata fuit Maria genitrix  
 Salvatoris Mundi Jesu Christi. Mariæ mater  
 fuit Anna, quæ nupta fuit tribus ordine viris;

1. Jojakim ex qua genita Maria.
2. Cleophae, ex quo Maria Cleophae, nu-  
 pta Alphæo, quorum filius Jacobus minor.
3. Salomæ, ex quo Maria Salomæ nata, nu-  
 pta Zebedeo ; ex quo Jacobus major, & Ioan-  
 nes Evangelista.

Et Dominante Augusto, permanxit summa po-  
 testas in Judæa penes Herodem, qui vir sangu-  
 nolent⁹ trucidari curavit duos proprios filios,  
 propriā uxorem, & eius matrem Alexandram.

Jam missus fuit Angelus ad Zachariam ;  
 itemq; ad Mariam ; & revolutis mensibus na-  
 tus Johannes, natus Christus ex Maria puella  
 16 annorum, quando præfectum Syriæ agebat

Quiri.

Qvirinus, qui alias Cyrenius dicitur: Sub Au-  
gusto quoque Christus Doctorem se exhibuit in  
templo natus annos 12.

Sub Tyberio Johannes coepit baptizare,  
& Christus officium suum aggredi. Relique-  
rat Herodes Tyrannus tres filios, Archelaum,  
Philippum & Antipam, (qui omnes dicti fue-  
re Herodes,) Antipas fratriss Philippi uxorem,  
cum forte ad illum divertisset, nomine He-  
rodiadem, ejusque filiam ex Philippo, per ra-  
ptum secum abduxit: quo nomine objurga-  
tus a Johanne Baptista, curavit huic viro caput  
in carcere abscondi.

Hoc tempore Christus & passionem su-  
am peregit, & celebravit Resurrectionem &  
Ascensionem; Post hanc Paulus, aggregatus  
est ad societatem Christi: & Apostoli miracula  
Iua ediderunt.

Sub Druso, Maria Mater Christi mortua  
dicitur, anno post natum Christum 46, anno  
ætatis 62.

Hoc tempore quoque dicunt Papiculæ pri-  
mum Pontificem Romæ fuisse Petrum.

Sub Nerone prima Christianorum per-  
secutio (quales in universum fuere decem ter-  
ribiles fane:) facta est: Qui & gladio interfici-  
turavit Paulum: & Petrum cruci affigi.

Sub

C O M P E N D : H I S T O R :

61

Sub Vespasiano curavit Judæos rebelles  
redegit in ordinem, & occidi 145320. Tum 6000  
in captivitatem abduxit.

Sub Tito eversa est Hierosolyma.

Sub Domitiano facta est secunda Chri-  
stianorum persequutio. Hic & Johannem Ev-  
angelistam in Exilium ablegavit ad Insulam  
Pathmum, ubi scripsit Apocalypsin.

Sub Nerva, revocatus est Johannes ab  
Exilio.

Sub Constantino Magno, celebratum  
fuit primum Concilium oecumenicum Nice-  
num.

P A R T I C U L A III.

*Historia parallela Germanica*

Sub Augusto.

Quomodo Drusus afflixerit Germanos; vide in Historia Augusti; sed famosior est clades Lolliana. Germani in Galliam usq; pro-  
cesserant, vel regiones novas, occupaturi; vel  
prædam abducturi; illis sese opposuit Lollitus  
præfectus Augusti, & præses Galliæ. Sed hunc  
cum omnibus suis straverunt generosi Ger-  
mani, aquilamq; auream asportarunt. Qualis  
quantaque fuerit clades illa, accuratius recen-  
sero.

sere, puditum fuit scriptores Romanos, ne propriam proderent ignominiam; à Germanis qvoq; descripta non est, qui tum magis ferro & annis memoriam sibi concinnare satagebant qvam literis: Dion vocat bellum maximum: Vell. Patrc. cladem ingentem à Germanis. Svetonius, Gravem ignominiam & cladem.

Sed multo gravius est illud damnum, qvod à Germanis accepit Quintilius Varus, præfectus Syriæ, vir magnæ sapientiæ & experientiæ. Is cum cis Rhenum duxisset exercitum, ablegatus illuc ab Augusto, nimisq; presisset Germanos, Juvenis qvispiam Hermannus filius principis Brunsvicensis, Romæ ab Augusto in Eqvitum Ordinem electus, defensurus & liberaturus populares suos ita prostravit hunc Quintilium, ut deleto omni exercitu, ipse Varus fese ferro proprio adegerit ad mortem. Florus scribit, haud minorem fuisse hanc cladem atq; illam, qvam passa sunt Romani ad Cannas, ubi ab Hannibale occisi fuerer 20000 capita. Certe Augustus ipse purpuram discidit, lugubres vestes induit, & fribiliter exclamavit: Vare, Vare, redde mihi legiones meas, Vare.

Sub

**Sub Tiberio.**

Germanicus, Juvenis excellens, missus est ad Germanos, ut vindicaret factam injuriam & cladem; Etiam hunc Harmannus iste redegisset ad angustias; nisi ipsius milites maluissent prædam captare, qvam victoriam perseqvi; succubuerunt tum Germania propria culpa.

**Sub Antonio.**

Nunc ulterius pressi sunt Germani, missusque ad eos debellandos Pertinax, qvi postmodum factus Imperator. Sic iterum cœsi Germani: interq; cadavera, plurimæ inventæ foeminæ, indutæ virilem amictum, strenuæ bellatrices.

**Sub Diocletiano.**

Germani iterum invaserant Galliam: sed repressi per Tyrannidem Diocletiani, qvæ sub eo terribilis fuit. In Exercitu Diocletiani erat Legio Christianorum; Eos jussit hic Tyrannus ordine inter duas piras accusas transire, & in ignem thus injicere, ut sacrificarent Diis gentilitiis; Id cum facere recusarent Christiani, 10 qvemque conjecit in ignem, reliquos superstites item facere jussit; qvi cum renuerent, denuò 10 quisque com-

E

bustus

A. C. bustus est; donec tandem tota legio conjecta  
fuit in flamas.

### Sub Valentiniano.

Iterum Germani invasionem fecerunt in  
Galliam, sed ejecti, haut exiguo cum damno  
in patriam suam abire coacti sunt.

II.

### IMPERATORES ORIENTALES.

Postquam paulatim ceperunt nutare Res  
Italicæ, & miris modis turbari, transtulerunt  
Imperatores imperium suum orientem ver-  
sus, in Græciam; feceruntque caput Imperii  
Constantinopolin, qvæ olim Byzantium fuit;  
Imperatores hi Græci fuere XXV, usque ad  
Constantinum VI.

#### 1. Marcianus.

446 Hic auspicatus est Imperium Orientale  
anno 446, jam senior ad hoc munus admis-  
tus; satis placidè regnavit per septennium. Ex  
omnibus 25 Imperatoribus Orientalibus, ob-  
scuriores silentio transmittam, præcipios re-  
cenfitus.

#### 3. Zeno.

474 Tertius in ordine hic fuit gulæ & crapu-  
læ turpissimè deditus. Cum vino somnoq; pe-  
nit; esset obrutus, ab uxore Ariadnâ in tumba  
pro-

propriâ fuit sepultus, prius qvam moreretur; A. C.  
 & ibi vi detentus usque dum animam efflaret  
 multo cum boatu.

### 6. Justinianus.

Sextus ordine initio laudabilis; nam Juris 525  
 leges in unum corpus colligi & disponi cura-  
 vit, opera Tribonianii, Viri qvidem docti sed  
 avari; Primo promulgatus est Codex A. C.  
 529. Institutiones verò quadrennio post 533.  
 Justinianus bella gessit qvam plurima & atro-  
 cia, opera magni sui ducis Bellisarii itemque  
 Narfetis. Sed hic Imperator tandem ad in-  
 saniam redactus, turpi & misera morte extin-  
 etus est.

### II. Heraclius.

Sub illo in Oriente surrexerunt Saraceni, 610  
 qvi ab hoc suo Imperatore desciscentes Du-  
 cem sibi elegerunt Mahometem; initio scur-  
 ram, & hominem obscenum; qvi tandem  
 Rex Damasci factus novæ Religioni auspicia-  
 dedit, emissio in lucem Alcorano A. C. 636.  
 Hic Heraclius perdidit totam Asiam, Syriam,  
 Ægyptum, Hierosolymam, qvæ loca Saraceni  
 occuparunt.

### 25. Constantinus Sextus.

Ultimus hic est, qvi in Oriente imperavit 800  
 cum matre Irene; qvæ tamen isti oculos erui

E 2 postea

postea curavit; cumque hoc tempore res ubique essent turbatae, tam in Oriente, quam Occidente, proinde circa annum Christi 800. Rex Galliae Carolus, postea Magnus dictus, omnium consensu electus fuit Imperator Occidentalis; & suavissima unione junxit Italiam, Galliam, Germaniam. Sic igitur finitum est Imperium in Oriente, & cum Carolo M. translatum ad Germanos.

## PARTICULA 2.

## Historiae Italicae respondentes

## Sub Marciano.

Postquam in Orientem concesserat Marcianus, nimis quam turbulentus factus est status Reipublicæ in Italia, alii post alias inhaurunt & invaserunt Regimen, cæsique à se ipsis fuere invicem. Neq; hoc solum intestinè gerrebatur, sed & Goths cum Duce Alarico, & Vandali cum Duce Genserico, invaserunt Italiam, eamq; mirè turbarunt & devastarunt.

Gensericus insuper nesciens ferre compares Gothos, accersivit illuc quoq; Attilam, crudelissimum Tyrannum & flagellum Dei, qui per Germaniam, Italiam, Galliam, Hispaniam ita seviit, ut verbis ea res exprimi nequeat.

Tan-

Tandem Romæ Imperatorem se fecit Orestes aliquis, cum filio Augustulo: qvod cum populus ægrè ferret, accersiverunt ex Rugia Insula, Principem Pomeranorum Odoacrum, à qvo occisus Orestes, & ejectus Augustulus puer. Sic desit esse Italia Imperium, factumque est Regnum. Nam Odacer iste Rugianus, primus fuit Rex Italæ.

## Sub Zenone.

Degebat in aula Zenonis Ostrogothus quispiam, natione Germanus, Diedericus, juvenis excellens, intimus Imperatoris; Hic missus est à Zenone in Italiam, ut amoveret Oda-  
crum, qvod & fecit: eumque tribus confli-  
ctibus prostravit: cumque spectabili triumpho Veronam ingrederetur Diedericus, dictus est hinc Veronensis, Diederich von Behren / qvod nomen & ipsa urbs hodienum retinet. Post etiam Romanam ingressus est, à Boetio & Symacho viris magnis, gratulatione acceptus, factusque secundus Rex Romanorum. Initio feliciter & placidè regnavit, postea crudelior factus, duos jam dictos viros necavit: sed non multo post & ipse mortuus, propria conse-  
ntia terræfactus.

## Sub Justiniano.

Diderici von Behren filia Amelschwindt,

E 3 filio-

filiolum generat nomine Adalaricum, **Ebel-**  
**retch.** Ad hunc pertinebat Regnum ; Sed  
 cum puellus adhuc esset, mater tam diu præ-  
 fuit Regimini, foemina profecto omnem lau-  
 dem superans, Eruditionis & Virtutum excel-  
 lens cultrix, qvæ filium suum bonis literis cu-  
 rabat instrui, sed crudelia Gothorum ingenia,  
 eum avulserunt tam à matre qvam à studiis :  
 unde tandem mortuus anno 7 ætatis. Mater  
**Amelwind** Iubens abdicavit Regnum, obtu-  
 litq; cuidam Tautehat, qui ei hanc gratiam re-  
 tulit, ut ipsam è medio tolli curaret. Ea res  
 pessimè habuit Justinianum, qui in Italiam  
 misit Bellisarium, absqvo Theutehat deletus  
 est. Seqvutus est Rex alias nomine Totila,,  
 quem Narses itidem debellavit. Ultimus Rex  
 Italicus fuit Teja, post quem Italia facta est ex  
 Regno provincia, ejusque præses constitutus  
 Narses ; Sed cum hic urgeretur & vexaretur  
 à suis (Eunuchus enim erat), accersivit etiam  
 in Italiam Longobardos cum eorum Rege  
**Aubron**, qui potiti sunt Italiz, ibique domi-  
 nati usque ad exitum Imperatorum Orienta-  
 lium.

### Sub Justino 2.

Hoc tempore cepit lingva Latina adul-  
 terari & degenerare ab antiqua elegancia; dum  
**Longo.**

Longobardi, Gothi, Hunni, invicem conver- A. C.  
fantes non possent non parere confusionem  
idiomaticis.

## PARTICULA IV.

*Historia Germanorum, Britan-*  
*norum, Gallorum, Hispanorum, colla-*  
*terales.*

Conjugendæ mihi sunt hæ historiæ. 449  
Nam passim in imperio Romano præcipuas  
Comædiæ aut Tragœdiæ partes egerunt Ger-  
mani; Hi qvomodo eruperint in Italiæ, di-  
ctum est. Hant secus & illi Germani, qvi Fran-  
coniam incolebant, magno satis numero trans  
Rhenum concesserunt in Galliam, eam occu-  
parunt, Regem ex sua gente Varamundum  
crearunt; Galliam vocarunt Regnum Fran-  
corum, *Francenreth* seu Franciam, qvod  
nomen hodienum retinet; filius Varamundi  
Clodewis, primus est à qvo historiæ Francicæ  
incipiunt; Sic igitur Reges Francicæ originem  
traxerunt à Germanis.

In Hispaniam similiter se intulerunt  
WestGothi & Vandali: ibique sedem & Re-  
gnum fixerunt; neque Hispaniâ solum con-  
tent, perrexerunt in Africam, ibique diu do-  
minati sunt.

E 4

Simi-

A. C. Similem sortem experta est Britannia, qvæ cum Romanis subdita esset, & à vicinis Scotis & Islandis premeretur, neq; opem ferrent Romani, vocavit ad sese Vertigerus Rex Britannorum ex Saxoniâ duos fratres, unum nomine **Hors**, alterum **Hengst**, qvi & illuc i-verunt aliquot navibus, & bono exercitu, Pe-pulerunt hostes Britannorum in fugam: sed adeo placuit illis aer Britannicus, ut eum re-linqueret, & patriam redire noluerint; qvam ob causam ibidem **Hors** occisus fuit, & **Hengst** ejectus. Sed hic recollegit exercitum in patria: & secunda vice illuc navigavit; instructa classe: & tandem superior factus, Britanniam vindicavit, distribuitq; inter suos, qvi illud per multos annos retinuerunt. Hinc etiam vi-dere est, primum ortum Britannorum à Ger-manis esse, cujus vestigia ostendit dialectus **Anglica**, & distributio insulæ in certas classes, Ostfax, Sudfax, Middelfax, &c.

### *De Rebus Ecclesiasticis.*

Sub Orientalibus Imperatoribus florue-runt Romæ Pontifices, qvorum nomina enar-rarem, nisi nimis foret prolixum. Sub Mar-ciano habitum est concilium Chalcedonense, & paulo post, ante Justini Secundi tempora-, Concilium Constantinopolitanum.

IMPERATORES MEDII  
vel GERMANI.

I. Carolus Magnus.

Cum res in Italia valde essent turbatae à 800  
Longobardis, ceperunt Primates cogitare de  
salutari remedio; Itaque Papa Leo 3, qvi ante  
captivus factus, post tamen iterum liberatus  
à Carolo Rege Galliæ, misit ad hunc Caro-  
lum, ejusq; auxilium imploravit; Igitur Caro-  
lus in Italiam, & compescuit turbas, fuitque  
protinus summo omnium applausu diade-  
mate aureo coronatus, & Imperator Roma-  
nus proclamatus, ipso natali Christi, an: 800:  
Pater ejus fuit Pipinus Rex Galliæ, ipseq; Ca-  
rolus natus est Ingelshemii prope Mogun-  
tiam; Fuit vero & virtutibus & rebus gestis  
magnus heros, adeoque bonus princeps, &  
strenuus bellator; Plurimas Academias &  
Scholas instituit, vixitque in Italia, Gallia, Ger-  
mania, qvæ tum subjectæ erant illius imperio;  
Sub eo conditæ sunt duæ urbes famosæ, Ham-  
burgum & Dresda; mortuus est Aqvigrani  
anno ætatis 72. anno Christi 814.

Successores Caroli Magni.

Universim qvidem fuere 47 Imperatores

E 5                    Gerg

A. C. Germaniae cum præsenti Ferdinandi tertio;  
Sed omnium vitam & facta recensere non pa-  
titur Epitomes ratio. Quid imo multi nihil  
memorabile præstiterunt. Proinde nonnul-  
los ex præcipuis recensebo.

## 2. Ludovicus Pius Caroli filius.

§ 23 Secundus ordine, optimus fuit Princeps,  
qui semel etiam ab Obotritas, id est, ad Megal-  
polenses, invisit, ibique composuit turbas :  
post rediit Aqvisgranum, ubi sedes tum erat  
Imperii. Sed ejus filii degeneres tum ingen-  
tes molestias patri crearunt, tum inter seipso  
bella gesserunt.

## 18. Henricus IV.

1036 Puer septennis admotus ad Imperium,  
feliciter regnavit. Voluit eum Papa Grego-  
rius 7. privare Imperio, & coronam offerre  
Rudolpho Sveco. Sede a res infeliciter cessit  
Rudolpho, cui dextra fuit absissa in prælio,  
qua Imperatori suo Henrico 4. fidem jura-  
verat.

## 28. Interim:

Nescio eqvidem, quem Imperatorem  
Germanum vobis nominare debeam, fuit  
enim Interstitium per 17 annos; Vocatus fuit

ex

COMPEND: HISTOR:

73

ex Hispania ad Imperium, Rex Alfonsus, in A. C.  
signis Astronomus: sed ille hoc onus detre-  
ctavit, aliqui elegerunt Richardum fratrem  
Regis Angliae: sed hunc rejecerunt Electores,  
itaque tam diu sine capite fuit corpus.

34. Carolus IV.

Optimus hic Princeps, & autor fuit Au- 1347  
ræ Bullæ, in qua constituit modum eligendi  
Imperatorem Romanum.

39. Fridericus III.

Sub hoc inventa fuit ars Typographica 1440  
à Joanne Guttenbergio, Argentoratensi: Fuit  
etiam sub eodem detectus à Christophoro  
Columbo novus Orbis anno 1492.

41. Carolus V.

Princeps nunquam satis laudatus, qui ab  
Electoribus Imperator fuit designatus, anno  
ætatis 20, anno Christi 1519. Sub hoc pri-  
mum coepit cudi nummus uncialis argenteus  
in Valle Joachimica, Joachims Thal: quem  
Talerum, imperiale, Joachimicum appel-  
lamus. Hoc quoque tempore religio Christiana  
restaurata est à D. Luthero, & lucem suam ex-  
erere cepit. Carolus V. resignavit Impo-  
rium fratri Ferdinando: Et filio suo Philippo,  
reliquit terras hereditarias & pateras, sc. Au-  
striam,

A. C. striam, Regnum Hispaniæ, & i7 Belgiaæ provincias, quas natali jure acceperat à proavis, quasq; illius successores gubernarunt per suos præsides.

#### 42. Maximilianus II.

Sub hoc incepit crudele bellum in Batavia, cujus Tragediæ primas partes egit Ferdinandus, Dux Albanus; cujus crudelitas tanta fuit, ut ad ejus memoriam hodienum obfuscant Batavi; Fuit hic unus ex gubernatoribus Philippi regis Hispaniarum, ad quem jure nativo & hereditario pertinuerunt provinciæ i7 Belgicæ. Sub hoc etiam effulsi nova stella in Asterismo Cassiopæe, anno 1572. de qua Tycho Brahe peculiare opus editum reliquit.

#### 44. Rudolphus II.

Electus est anno 1576, fuit Princeps laudissimus; Virorum literatorum per quam amans, apud quem & vixit & vitam finiit exul Tycho Brahe, alter Astronomiæ Atlas; Sub Rudolphi regimine Ostenda, triennali obsidione pressa fuit, quæ incepit anno 1602, finita anno 1604: tum ab Ambrosio Spinula occupata perierunt in hac obsidione ultra 16000 homines.

45. Mat-

## 45. Matthias.

Electus est anno 1612. Sub finem hujus 1612  
 Imperatoris, scilicet anno 1618, horrendus  
 Cometa spectatus est in coelo, nuncius & præ-  
 co terribilium calamitatum qvibus hactenus  
 Germania afflata est.

## 46. Ferdinandus II.

Hic designatus est Imperator anno 1619, 1619  
 statimque cum eo incepit Germania turbari  
 crudelissimè ; Primum pomum Eridos pro-  
 jecit Fridericus Palatinus, qui oblatum Bohe-  
 miæ Regnum capessens invito Imperatore, a-  
 llisque proceribus, occasionem præbuit bello,  
 cuius nondum est finis. Imperator anno 1624  
 in Saxoniam ablegavit cum exercitu Joha-  
 nem Tillium, & Albertum Fridlandensem,  
 qvorum hic posterior, Megapolin invasit, oc-  
 cupavit, & ad Iubitum suum disposuit, coactis  
 cedere, & in exilium ire ex avitâ suâ & ha-  
 reditariâ terrâ, Illustrissimis Ducibus Megap:  
 Adolph:Frid: & Joh: Alberto, fratribus, Anno  
 1628. mense Aprili.

Jam tum (Anno 1630) Gust: Adolf Sve. 1630  
 corum Monarcha suppetias latus afflictis  
 Germaniæ rebus, & Ecclesiæ Christi, cum e-  
 xercitu appellit in Pomeraniam : Eam occu-  
 pat.:

A. C. pat: Megapolenses diplomate hortatur, ut  
 Principes suos genitales restituant pristino de-  
 cōri. Marchio Spinola moritur. Archiepis.  
 Magdeburgensis flagrat armorum incendiis.  
 Imperatoris conjux Eleonora Ratisbonæ co-  
 ronatur. Præfigia futuræ cladis eveniunt  
 Magdeburgi, dum corruunt aliquot turrets.  
 Bona eorum, qvi adversus Imperatorem mi-  
 litarant, adjudicantur fisco. Belgium premi-  
 tur summa annonæ caritate, ut & Hispania.  
Hatzfeldio Gubernatori Rostochiensi, caput  
præsciditur securi, à LL. quodam Studioso.  
 Tylius cum exercitu in Pomeraniam movet.  
 Hollandi invadunt portum Todos los San-  
 ctos.

1631

Anno 1631. Conventus protestantium  
 Lipsiæ. Rex Hungariæ Ferd. III. Viennæ ce-  
 lebrat nuptias. Gryphiswaldia à Svecis vin-  
 dicatur occiso Perusio. Post varios conflictus  
 Magdeburgum expugnatur à Cæsarianis:  
 Conjuratur in flamas. Rostochium cingitur  
 obſidione, & Wismaria: Hæc recipit Svecos;  
 Illa natalitios suos Principes, mense Julio dicti  
 anni: educitis Rostochio præſidiariis Cæsaria-  
 nis à Virmontio. Nunc Rex Sveciæ majorem  
 Germaniæ partem à Mari Balthico ad Mo-  
 guntiam, vicitribus armis subjugat.

Augusta

COMPEND: HISTOR:

73

Augusta Vindel: in ditionem se dat A. C.  
Regi Sveciae. Imperator petens suppetias à 1632  
Rege Polon: repulsam fert. Tyllius Ingol-  
stadiæ moritur.

Prælium cruentum commissum ad op-  
pidum Lüzen inter Cæsar: & Svecos, in quo  
Rex Gust: Adolf: vicitricem animam cum san-  
gvine profudit.

Qui fugâ vitæ suæ consuluerant in prælio 1633  
ad Lüzen/ Pragæ capite plectuntur. Georgius  
Lunæb. itemq; Wilhelmus Hassia Westpha-  
liam invadunt, Bernhardus Vinariensis Ba-  
variam. Omnia bello ardent.

Conventus Principum Inf:Saxonizæ, Hal- 1634  
berstadii: & alias Francof.ad Moenum. Occu-  
pantur multæ urbes & opida à Svecis; Pugna  
Nordlingensis, in qua Sveci aliquot primates  
capti.

Elector Saxo: cum Oxensternio frustra 1635  
agit de reducenda pace. Magdeburgum à  
Vinariensibus obsecsum. Iстic præfuerunt  
exercitui Dn. à Lohausen, & Wedelius. Star-  
gardia Pom. ferè redacta in Cineres. Grabo-  
via Meg: à Saxonizis occupatur: Sveci plu-  
rimi internectioni dantur: qvibus tamen haut  
multo post pleraque ex nutu fluunt. Ten-  
tantur Comitia ab Imper. Dux Megap. Adol-  
fus

A. C. sus Frid: seriò studet pacem concinnare inter  
Saxonem & Oxensternium. Urbes anseaticæ  
conveniunt Bergerdorfii, ob pacem publicam.

1636 Conventus Ratisbonensis : in quo de  
novo Rege Romano, deq; pacis restitutione.  
Sperreuter capitul. Obit Augustus Senior  
Lunæb.

Ferdinandus III, filius Ferd. II. Rex Hung.  
& Bohem; eligitur Rex Romanorum Ratis-  
bonæ. Mox coronatur Ferd. III. conjunx.  
Ferdinandus II. Romanorum Imperator diem  
obit. Itemq; Joh: Albertus Dux Meg: mense  
Aprilie die 23, ætatis anno 46.

### Ferdinandus III.

Arnheimius in Marchia captus, abduci-  
tur ad Svecos. Bogislaus Dux Pom: exsult.  
mortalitatem. Pacificatio Pragensis. Resti-  
tuitur Lusatia superior Electori Sax: Präscri-  
buntur certi pacis articuli Wilhelmo Hasso.  
Friderico, Regis Daniæ filio, homagium præ-  
statutus Stadæ. Hassia inferioris jam est misera  
conditio. Imperator se sifit in Conventu Ra-  
tisbon: Bredana obsidio continuatur. Lu-  
næburgum libertati restituitur. Expugnatur  
Reinberga.

1638 Conventus Provincialis Viennæ. Con-  
flictus

Nictus ad Reinfeldiam : ubi Vinarienses vi-  
tores : & Reinfelda occupatur. Vexilla Pa-  
risios delata, & oblata Regi Ludoico : Sed cum  
proceres ejus regni fidem factis nollent adhi-  
bere, jussi sunt etiam eō deduci captivi duo  
Generales Joh: de Werth/ juxtāque Encken-  
sorf. Brissacum cingitur obsidione à Bern.  
Vinariense, & in hunc usq; Decembrem mox  
exspirantem, aliae novellæ non dispalescunt  
in vulgus, nisi qvod duriter adhuc prematur.  
Hanovia diutinè circumventa, & gravem sor-  
tem perpesta, intus summam rerum admini-  
strante Jac: Ramsayo Scoto, immunis reddi-  
tur ab his suis angustiis, per ἀγχίστορα Lud:  
Henrici Nassoviæ Comitis. Arnhæmius cu-  
stodiam Svecicam evadens, revertitur in Ger-  
maniam.

**R O S T O C H I U M** (dum Megapolis & pro-  
vinciæ vicinæ afflictæ habent, & extrema qvæ-  
que ferunt ab exercitu Imperatorio & Sveci-  
co) neutrius factionis causam suscipit : Utriq; tamen adversæ parti, prolixà præstat & amica  
obsequia. Et hactenus usq; ad exitum De-  
cembris hujus anni 1638, prudenti providoq;  
consiliorum moderamine, civium firmâ con-  
cordiâ, paratorum pro patria non solum pu-  
guare, sed & pulcram per vulnera mortem op-

F

pece-

petere, per misericordis Dei clementiam, rebus  
suis supereſt. Utinam ætatem supersit!.

Munitio ad ostium Varni, à Cæſarianis  
primitus exſtrui' cepta; pòst occupata à Sve-  
cis, qvi exinde naves cum mercibus ultro ci-  
troq; commeantes, vextigalibus preſſerunt,  
obsideri cœpit 8. Martii, sub ductu Gallassii,  
præſentem manum obſidioni admovente,  
Vitzthumio ab Ecckſtett, Generali Saxonico.  
Duravit velitatio usq; in II. mensis. Pridie  
deditioñis, Vitzthumius, globo ſclopeti an-  
trorum iictus, vulnerato cum aliis interaneis  
jecore, vitam commutavit cum obitu pio pla-  
cidoq;. Eò igitur II. Martii fortaſtitum Warn-  
mundense traditum fuit Imperatoriis, & Sveci  
inde, factâ mutuâ conventione, ſecellerunt.  
Hi vero nihilominus in alto, haut procul ab  
oſtio fluminis, poſitis navibus, vextigal ſoli-  
zum à mercibus exegerunt. Cæterū id ne-  
gotiationis obſtaculum Sereniss: Rex Daniæ,  
miſſis eodem navibus suis, amovere ſtuduit,  
liberatæq; tūm ſunt à duro iſto onere, merces  
Danicæ, Norwegianæ, Holsatice; uſque dum  
mense Octobri impetita iterum fuit Munitio,  
à Carol: Guſt: Wrangelio. Sed irrito conatu,  
abitumque inde iterum eſt 23 Octob. Triduo  
pòſt curante & promovente Rege Christ: IV.  
præſi-

præsidium Cæsareum inde abductum navigiis  
in Hollsatiam. Propugnaculum redditum.  
Rostochiensibus; qui protenus id demoliri  
aggressi, brevi solo æqvassent, nisi Sveci ex  
transverso irrumptentes, eis fuissent impedi-  
mento. Sveci fortalitium ceperunt reparare:  
pristinorum vectigalium exactiones restituere  
in integrum; ad qvam faciem hodieniū com-  
parata manet Warnemundæ fortuna. Inter-  
ea Bannerius cum milite suo vicina Rostochii  
oppida occupat, & gnaviter depopulatur, pe-  
nititlaturus fortunam suam alicubi. Interea  
etiam, dum totis usq; adeò turbatur agris, ad  
sospitandam publicam rem, cives symbola-  
argentaria conferre jubentur: experiuntibus  
academicis eandem sortem, qvam & passus est  
Clerus Gallicus sub Ludoico XIII. nuperrimis  
annis, uti meminimus in fine particulæ 4.

Dum hæc geruntur, mense Octob. Sveci  
invadunt oppida Megapolitana, Gustrovium,  
Burzovium, Sverinum, civesque valdè affli-  
guntur, jam ante dura qvæq; passi à peste, aliis-  
que ærumnis. Itidē fama est publica, Comitia  
futura & consultationes initum iri de pace cō-  
stituendâ. Faciat clementiss: Jehova, princeps  
pacis, ut tandem Germania, post varios casus,  
post tot discrimina rerum, compos reddatur  
antiquæ tranqvillitatis & felicitatis.

## PARTICULA 2.

## Imperatores Turcici.

Jam olim biceps facta est aquila Romana, diffisso aut gemino capite incedens. Unum caput tenuerunt hactenus Imperatores Germani; alterum mansit in Oriente & Graecia, ubi apud Turcas viget in hunc usque diem.

## Sub Carolo M. &amp; seq. aliquot Imp.

Caroli coævus fuit Nicephorus, primus Orientis Imperator, Germanis correspondens: Eum in Caliphatu sequuti sunt (sub Ludov: pio) Amurathes; hujusq; filius Bajazethes, quem devicit Scyta Tamerlanes, inclusumq; ferreæ caveæ secum circumduxit, ut quoties hic Tyrannus equum concenderet, illi Imperator supponeret tergum, scabelli instar; Imp: tamen hujus carceris pertœsus, caput ad ferramenta caveæ allisit, malens semel fortiter mori, quam diu ignominiosè torqueri.

Hoc tempore Saraceni Insulam, olim Cretam dictam, cuperunt appellare Candiam: Apud eosdem Caliphatus (dominatus) dividitur. Idem evertunt Syracusas. In oriente Basilius suam fabulam peragit. Sub

**Sub Carolo IV. & seqq.**

Constantinopoli contentiones movet Johannes Palæologus. Turcis imperat dux Solymannus, & mox Amurathes, qui urbes multas capit, in confinibus Thessaliam, Thraciæ, Mesopotamiæ. Porrò in Oriente dominatur Solyman. Bajazetis filius. Post Amurathes II. Mechmedi successor, qui quidquid à Temire erexit fuerat, restituit.

**Sub Friderico III.**

Floruit in Oriente fortissimus Scanderbeg, cum quod improspere militat Amurathes. Mahumetes expugnat Constantinopolim, & Trapezuntem.

**Sub Carolo V. & seq.**

Plurima generosè & feliciter exequitur Solymannus Turca, in Asia, Africæ Barbaria, Apulia Italiæ, Hungariæ: Quidam & Viennam aggreditur. Post, Christianos debellat in mari mediterraneo. Venetis Cyprum eripit.

**Sub Rodolfo II.**

Croatia impetratur à Mahometo filio Amurathis: Is ipse ambiguo marte in Hungaria concreditur cum Maximili & Matthiâ Archiducibus.

**Sub Ferdinand. II.**

In Oriente dominatur apud Turcas Osmanes,

manes, militans infeliciter cum Polonis: stran-  
gulatus à Mustapha.

Qvæ post hæc gesta sunt, non est operæ  
precium vobis enarrare: satis est vos scire,  
qvi hodie Turcis imperat esse Sultanem Amu-  
rathem **Quartum**,

### PARTICULA 3.

#### *Res Ecclesiastice.*

A multis jam seculis, in Ecclesia Catho-  
lica primatum obtainuerunt Pontifices, qvi  
caput Apostolicæ suæ sedis fecerunt Romam:  
& longo ordine alii aliis successerunt; Penes  
hos summa fuit authoritas, non solum in Ec-  
clesiasticos, sed etiam, ut ipsi profitentur, in Im-  
peratores, imò in Verbum Dei. Nomina sin-  
gulorum apud alios legere poteritis. Hic ver-  
ba cogimus compendifacere.

#### *Sub Ludov; Pio & seq.*

Constantinopoli publicitus interdicitur  
Imaginum cultus. Romanus præfus est Gre-  
gor: qvi instituit festum omnium Sanctorum.  
Seqventibus annis iterum locus datur Imag-  
num Venerationi. In Rugiam sese inferunt  
Monachi Corbienses. Berengarius in articulo  
de Sacramento turbat Ecclesiam. Romæ tres  
simul Papæ. Incepit Ordo flagellantum Reli-  
giose.

giosorum. Post Leonem 4, Romæ Pontifica-  
tum administrat Johannes VIII, seu potius Jo-  
hanna fœmina.

### Sub Henrico IV.

Papa Gregorius vehementer urget Cœli-  
batum. Ad Christi cognitionem perducun-  
tur Livoni.

### Sub Carolo IV.

Romæ reviviscit Jubilæum annorum 50.  
Papa Clemens Ecclesiasticam sedem occupat,  
sub quo multorum annorum schisma. Vul-  
gatam Pontificiorum Doctrinam castigare,  
& erroris convincere cepit Johannes Wiclef,  
Anglus, Professor Academ: Oxoniensis anno  
1370. Qvem secutus est Joh. Huss, excellens  
martyr, anno 1415, ob saniorem & puriorem  
verbi divini confessionem publicè damnatus  
ad ignem; post qvem seqventi anno itidem  
combustus fuit eadem de causa Hieronymus  
Pragensis.

### Sub Carolo V.

Concilium Tridentinum. Societas fra-  
trum Jesu primordia ducit. Anabapt: insanire  
ceptant. Paulò ante Caroli V. tempora Anno  
1517. Magalander Lutherus cepit adversus in-  
qvinamenta Papistica insurgere, coque ipso  
anno quo Carolus V. coronatus est, 1519, di-

F 4      Sputz-

sputavit Lutherus contra Indulgentias cum Eccio; Eodem anno ɔrsus est Zwinglius. Anno seqventi Lutherus combussit Jus Canonicum Wittebergæ publicè; haut secus ac Papa ipsius libros consecravit Vulcano, ( vivebant eā etate Leo X. & Hadrianus VI.) Anno 1521. comparuit Lutherus in Comitiis Wormatiensibus; Anno 1530 edita est August. Confessio, & oblata Imperatori ac proceribus Imperii. Anno 1534. primum Germanicè edita sunt Biblia, qvando 12 annis ante prodierat Germanicum N. Testamentum. Anno 1546 habitum est Concilium Tridentinum, & finitum anno 1553. Tum quoque fabricatum est scriptum illud rō Interim. Sub eodem Cæsare viguerunt Erasm. Roter. Phil. Melanth.

### Sub Maximil: II.

Formula Concordiæ confecta. Flacii error de Peccato originis.

### Sub Rudolpho II.

Jesuiticus ordo nimias vires sumens, & ultra terminos egressus, invisis redditur Polonis, Hungaros, Anglis; Galli modicè illi favent, & quidem certis conditionibus.

Correctum est Calendarium à Gregorio XIII. Pontifice, exq; Mense Octobri exempti 10. dies.

## COMPEND: HISTOR:

83

dies, qvibus novum hoc Calendarium Gregorianum antevertit antiquum Julianum: Sub eodem confectus fuit liber Concordiae, & manu subscriptâ plurium Procerum Imperii, civitatumq; confirmatus. In Hollandia controversia Ecclesiastica Arminianæ. Prima Fama Fratrum Roseæ Crucis.

## Sub Matthia.

Indictum celebratumque Festum Jubilæum anno 1617, in memoriam purioris lucis Evangelicæ, accensæ à Luthero ante seculum. Concilium nationale in Hollandia ob Arminianismum. Phanaticus Elias Metz, Christum se esse profitetur.

## Sub Ferdinandis

II. & III.

In Italia Romani sede præfet Papa Urbanus VIII. Per Germaniam ærumnabilis est Ecclesiæ & tristis facies. Religionis reformatio; Evangelicorum proscriptio; Rapinæ, cædes, incendia, quotidiana sunt exercitia. Talia pati jubentur Christiani à Christianis, Lutherani à Lutheranis. Non hic lupus mos, nec fuit Leonibus unquam, nisi in dispar, feru.

E s

P A R

## PARTICULA 4.

*Res Gallice.*

Non patitur compendii ratio plenaria  
seriem historiarum Gallicarum contexere;  
Pauca hæc sufficient.

## Sub Henrico IV.

Regno Galliæ præfектus Philipp. I. puer  
novennis; Sub eo adulto gestum fuit bellum  
sacrum, exercitu ducto in Syriam & Palæsti-  
nam, adversus Solimannum, qui in eo præ-  
lio victus fuit, cæsusq; ejus miles.

## Sub Carolo IV. &amp; seq.

Philippus Vallesius dominum se facit Del-  
finatus. Post eum Carolus Quartus, Rex pro-  
digus, crudelis, insanus. Bellum inter Aure-  
liani & Burgundiæ Duces, multorum causa-  
malorum.

## Sub Friderico III.

Gallis imperans Carolus 7, excludit è re-  
gno suo Anglos. Seqvitur Ludovicus 7, prin-  
ceps ingenii acris & versuti. Carolus 8. ori-  
ginem præbet odii acerbi inter domos Bur-  
gundicam & Francicam, raptu Annæ Britan-  
nicæ.

## Sub Carolo V.

Franciscus I. rebus gestis gloriam acqui-  
rit,

**C O M P E N D : H I S T O R :**

rit, partim anteqvam fieret captivus, partim  
captivitate solutus.

**Sub Maximil: II.**

Anno 1572 peracta est horrenda & cru-  
enta Laniena Parisiensis, dum celebrarentur  
nuptiae Henrici Navarræi, qvâ trucidati sunt  
ultra homines 60000, religionis reformatæ.

**Sub Rodolfo II.**

Henricus 3. impetratur & vellicatur diver-  
sis bellis à Navarræis & Guisianis, qvorum du-  
ctor Guisius firmatur copiis sacræ Ligæ. Rex  
occiditur. Succedit ei Henricus, ordine 4,  
Navarræus, Ligæ strenuus adversarius. Is me  
præsente & spectante Parisiis transfossus fuit,  
à Jesuitici ordinis assecla Francisco Ravallac  
Anno 1610. mense Mayo, postqvam biduo  
ante Conjux ejus Regio diademate esset or-  
nata. Relicta hæc nova Regina mater Ludoici  
XIII. præses mansit Regni, qvoad filius Ludo-  
cius ex ephebis excessit.

**Sub Matthia I.**

Tum ipsemet Ludovicus 13. præst Re-  
gno. Marchio de l'Ancre, Conchini dictus,  
fabulam suam peragit tragicā Catastrophe.

**Sub Ferdinando II. & III.**

Dissidia inter Regem Ludov. 13. ejusque  
fratrem & matrem; qvæ tamen non diu post  
com-

composita sunt. Tholosæ decollatur dux Montmorancius ætatis anno 35. Rex Lothoringiam subiugat. Galli & Hispani belligerant invicem. Rex Ludoicus, pro colligendis suppetiis militaribus censum subditis indicit: coactiq; sunt etiam Symbolon illuc conferre omnes Clerici, nemine immunitate donato; scilicet id imperante necessitate, qvæ negatur legem agnoscere. Ludovico nascitur filius primogenitus, Delfinus Galliæ, hæ res futurus Regii diadematis.

## PARTICULA V.

*Historia Danica collaterales.*

## Sub Carolo Magno.

Quid in provinciis hisce, populisque atque sit ante & circa tempora Caroli Magni, id non habeo vobis bonâ fide recensere: qvū me nulli scriptores scientem reddiderint. Sequentibus tamen annis Dania coluit suos Reges, qvorum nomina ordine hic nequeuntponi ob angustias.

## Sub Carolo IV. &amp; seqq.

Waldemarus ultimus, bella gessit cum Svecis. Margaretha filia Waldemari, mater Olai, Albertum Sveciæ regem bello superat, & capit: Dominanturq; mater & filius: & sanctitur, ut Dania, Svecia, Norvegia, uni Regi man-

COMPEND: HISTOR:

maneant subiecta. Olo mortuo à Margaretha adoptatur Ericus X. : qvem sequutus Christophorus Bavarus, nepos Margar: ex sorore; tumq; aliquamdiu in Dania viguit Dynastia exterorum, præcipue Ducum Holst: & Schlesvic.

Sub Friderico III.

Rex Daniæ factus Christianus I. (Christianus I.) antea Comes Oldenburgensis ; Monarcha totius Septentrionis, & trium Regnum Dan: Svec: Norv:

Sub Carolo V.

Acceperat qvidem à patre suo Christ. I. filius Christiernus II. tria septentrionis regna; Verum cum hic ob tyrannidem pulsus esset in exilium, & rejectus à subditis, oblatum est regnum Friderico I. Christiani patruo, & tum qvidem segregatum est Regnum Sveciæ à cæteris, ejusq; Rex factus Gustavus, relictis reliquis duobus Christiano III.

Sub Maximil. II.

Lis, adeoq; bellum ortum gestumq; est inter Reges Sveciæ, Daniæ, & Lubecenses : sed brevi redditum ad concordiam. Filius Christ. 3. Fridericus II. Rex Daniæ & Norveg.

Sub Rodolfo II.

Friderici II. filius Christianus IV. utriusq; Regni

Regni gubernacula feliciter dirigit. Condit  
urbes aliquot novas, & Academias erigit. Cum  
Carolo Rege Sveciæ, & Adol. Gust. Car. fil.  
bellum init, & perficit prosperiter.

### Sub Matthia I.

Composita lis & bellum inter Reges  
Dan: & Svec: itemque Moscovitam.

### Sub Ferdinando II.

Rex Christ. IV. novum pangit foedus cum  
Ordinib. Hollandicis. Cum Svecis quoque  
amicabilem pactionem init. Sub eo pericli-  
tatur Holsatia pressa à Cæsarianis. Movet  
nonnulla adversus Hamburgenses.

### Sub Ferdinando III.

Idem Rex Christ: IV. curæ sibi esse pati-  
tur afflictæ Germaniæ sortem. Qvocirca Rex  
tranqwillitatis amantissimus, in id incumbit  
pro viribus, ut pax & animorum unio, com-  
positis dissidiis, reducatur. Faveat illi æther.

### PARTICULA VI.

## *Historie Svecica correspondentes.*

### Sub Carolo IV.

Svecicae historiæ multo sunt juniores &  
jejuniores Danicis, si spectemus ætatem ante-  
gressam Carolum M. Regnante Carolo 4, Sve-  
ciæ imperio præfuit Albertus, Dux Megapoli-  
tanus;

COMPEND: HISTOR:

89

tenus: postidea captus à Margarita, Daniæ reginâ: tandem, ut mox dictum, Svecia Daniæ regibus cessit: subjectaque mansit ferè usq; ad Maximil. II; Post imperii proprii potestatem recuperavit.

Sub Rodolfo II.

Cum patrum nostrorum memori à Sigismundo rege Poloniæ, Sveciæ coronam gestante, Carolus dux Sudermanniaæ, parvus ipsius, constitutus esset præses aut vice Rex Sveciæ, ipse postea Regis titulum sumpsit 1607. retinuitq; imperium. His continuata illa bella inter Svecos & Polonos. Moritur is Carolus 1611. Ei succedit filius Gust. Adolph.

Sub Matt. I.

Sveci cum Moscis c'ntinuam hostilitatem diu exercuerunt. Em tollit, & ad amicum foedus perducit Gustavus, electus Rex & coronatus 1617.

Sub Ferdj. II.

Pacem Gustavus init cu<sup>n</sup> Rege Daniæ, Holmæstadii 1619. Rigam Livniæ capit: Uxorem sibi associat Eleonoram, Brandeb. Similiter cum Polonis sancit concluditq; inducias: 1624 Post: Alia illi cum Boru<sup>j</sup>is jurgia, qvæ cum victoriâ terminat. Tamen in Germaniam movit, latus opem afflitis Ecclesiæ rebus: ubi

ubi gloriose & feliciter debellatis provinciis  
urbibus, populis, Victor occubuit, ad Luzam,  
1632. Exequiae illi factae sunt, cadaverque ave-  
etum in Sveciam 1634. Reliquit filiam Chri-  
stinam, cui servatur diadema Regium Sveci-  
cum. Post Gustavi discessum è mortalitate,  
Duce exercitus illius bellum continuant in  
Germania, usq; ad incipientem annum 1639.

## Sub Ferdinand. III.

Ob bellum Germanicum Svecia juven-  
tute suâ nuntiat: Comitia celebrantur. Gra-  
ves contributio[n]es procedunt.

1639

Sveco-Virienses post Brisacum occu-  
patum Burgundia petuant, per quam victori-  
cia ubique signa circumferunt, Pontarluno,  
Joux, & aliis urbibus & arcibus potiti. Fri-  
burgum Misniae, secundo vano successu, à Svecis  
obsidetur. Cæsarei Saxonici ad oppidum  
Chemnitium insigni clade à Svecis afficiun-  
tur. Banerius in Bohemiâ Mandatum de-  
afflictis Bohemia ex libus Lutheranis in in-  
tegrum restituendis & recipiendis propalari-  
e curat. Pirnavium, Oppidum in confinio Bo-  
hemiarum & Saxoniae ad Albim positum, Saxo-  
nici præsidio Svecie exuere diversis vicibus  
moliuntur, conatus ipsorum fortunâ fru-  
strante. Livonia suita Brandenburgicorum  
qvorum

tanus: postidea captus à Margarita, Daniæ reginâ: tandem, ut mox dictum, Svecia Daniæ regibus cessit: subiectaque mansit ferè usq; ad Maximil. II; Post imperii proprii potestatem recuperavit.

### Sub Rodolfo II.

Cum patrum nostrorum memoria, à Sigismundo rege Poloniæ, Sveciæ coronam gestante, Carolus dux Sudermanniaæ, patruus ipsius, constitutus esset præses aut vice Rex Sveciæ, ipse postea Regis titulum assumpsit 1607. retinuitq; imperium. Hinc continuata illa bella inter Svecos & Polonos. Moritur is Carolus 1611. Ei succedit Gust. Apolph.

### Sub Matthia I.

Sveci cum Moscis continuam hostilitatem diu exercuerunt. Eam tollit, & ad amicum fœdus perducit Gustavus, electus Rex & coronatus 1617.

### Sub Ferdin. II.

Pacem Gustavus init cum Rege Daniæ, Holmæstadii 1619. Rigam Liyoniae capit: Uxorē sibi associat Eleonoram, Brandeb. Similiter cum Polonis sancit concluditq; inducias: 1624 Post: Alia illi cum Borussis jurgia, qvæ cum victoriâ terminat. Tandem in Germaniam movit, latus opem afflictis Ecclesiæ rebus:

G ubi

ubi gloriobè & feliciter debellatis provinciis,  
urbibus, populis, Victor occubuit, ad Luzam,  
1632. Exequiae illi factæ sunt, cadaverque ave-  
rium in Sveciam 1634. Reliquit filiam Chri-  
stianam, cui servatur diadema Regium Sveci-  
cum. Post Gustavi discessum è mortalitate,  
Duces exercitus illius bellum continuant in  
Germania, usq; ad incipientem annum 1639.

## CONTINUATIO CRONII LAUREMBERGIANI

ad nostra usq; tempora.

**L**ECTORI S. Non opera precium fore arbi-  
tror, singulas rerum ab Excessu Laurember-  
gi p. m. ad nostra usq; tempora gestarum minu-  
tias sub certas classes & titulos cogere, cum pecu-  
liares titulos paucitate suâ non mereantur. Imo  
unusquisq; illas ad sua loca, præviâ auctoris Me-  
thodo signata, facile referre potest. Itaq; res hoc  
tempore, præsertim in tractu Europæo gestas, or-  
dine annorum sibi invicem succedentes, prout se  
in calamum effundunt, enarrabimus, & summa  
rerum capita, sicut ab autore factum, deliba-  
bimus.

*Res ab Anno 1638, usq; ad præ-  
sentis anni 1642 curriculum gestæ.*

### Sub Ferdinando III.

A. C. Dux Vinariensium Bernhardus, Urbem  
1639. Brisla-

## COMPEND: HISTOR:

91

Brisacensem, ingenti molimine obseßam, & A. C.  
 Sigunthinâ fame penè non enectam, Victor 1639.  
 ingreditur, & expirantem annum 1638 egregiâ  
 victoriâ terminat. Burgundia victricibus ar-  
 mis penè tota à Sveco. Vinariensibus subjugat-  
 tur. Pirnavium, Saxoniæ oppidum in confi-  
 nio Bohemiæ situm, à Saxonis iteratis vici-  
 bus, sed toties frustrato successu, oppugnatur:  
 quod tamen postea ab ipsis Svecis diruitur, &  
 solo æqvatur. Sveci, Duce Bannerio, Cæsa-  
 reanos ad oppidum Saxoniæ Chemnitium  
 adoruntur, & victoram opimis onusti spo-  
 liis reportant: Qui postea Bohemiam nume-  
 roso milite infestat, ibidemq; Cæsareas cædit  
 copias, Duce Montecuculi & Hof kirchio ca-  
 ptis. Cæsareo Bavarici Obsidionem Duellii,  
 seu arcis *Hohenwetel*, qvæ ipsis multâ sanguini-  
 nis & pecuniæ profusa copiâ constitit, eventu  
 conatibus ipsorum non respondentे, solvere  
 coguntur. Livonia subitâ irruptione mili-  
 tum Brandenburgicorum, Duce Hermanno  
*Bohe* turbatur, & panico terrore afficitur:  
 qvorum tamen plurima pars virtute militum  
 præsidiariorum Rigenium cæsa est, reliquis  
 vita incolumitatem fugâ qværentibus. Je-  
 suitæ centesimum à fundato suo Ordine an-  
 num Romæ & Viennæ magnâ cum solemnni-  
 tate celebrant. Galli Hesdinum, Artesiæ op-

G 2

pidum

A. C. pidum, oppugnant & expugnant. Theonis-villæ à Gallis facta obsidio, qvam Picolominius Cæsareorum Generalis memorabili exercitū Gallici strage solvit. Turbæ Scoto-Anglicæ in nervum, adeoq; apertum bellum erumpunt. Bernhardus, Dux Saxoniar; & Vinariae, post res multas præclarè à se gestas, gloriosam Deo animam Neoburgi ad Rhenum reddit, amplissimâ suis legatione factâ. Conventus S. R. Imperii, & Septem-virilis Collegii Principum Norimbergæ. Celebris Naumachia inter Hispamicam & Hollandicam Classem in portu Angliae, Duyns vocato, commissa, ubi Hollandi superatâ classe Hispanorum victoriam re-tulerunt, in cuius rei memoriam triumphales in Bataviâ accensi sunt ignes.

1640 In demortui Magni Turcarum Sultani locum frater ipsius I BRAIM US PRIMUS cognominatus ad regni Turcici gubernacula evehitur. Lis inter Regem Daniæ, & Belgii confederati Status de exactione telonii in Cimbricâ Chersoneso. Banerus suas cum Luneburgicis & Hassiacis copias conjungit, & ad Salefeldam è regione Cæsareanorum castra metatur. Galli Atrebatum, urbem Artosie munitissimam, post operosam obsidionem, ditione capiunt, cui victoriæ paulò post adjungitur Augusta Taurinorum. Regina Sve-

ciæ Vidua asportata secum omni pretiosâ su. A. C.  
 pellecstile clam ex Sveciâ in Daniam discedit...  
 Comitia Imperii Ratisbonæ celebrantur, ad  
 qvæ diversorum Imperii Principum&Urbium  
 Legati mittuntur. Tria in illis capita rerum  
 ponderanda. 1. qvâ ratione tranqvillitas &  
 pax in Imperio Romano stabiliri possit. 2. qvi-  
 bus auxiliis & mediis bellum, ad pacem obti-  
 nendam, gerendum sit. 3. Qvomodo colla-  
 bsæ in Imperio Romano justitiae sit succurren-  
 dum. Regnum Cataloniae Hispanorum jugo  
 excusso se in libertatem afferit. Motus bel-  
 lici in Scotiâ & Angliâ continuantur. Chri-  
 stianus Udalricus, Daniæ Regis filius, terge-  
 mino sclopeti iectu occiditur. Cæsareani ad  
 oppidum Hassiæ Ziegenhain insigni clade à  
 Svecis, Duce Reinholdo Rosâ Livono, affici-  
 untur. Elector Brandenburgicus Georgius  
 Wilhelmus è statione vitæ decedit, in cujus  
 defuncti locum postea successit Filius Frideri-  
 cus Wilhelmus, obtento à Poloniae Rege  
 Prussiae Electoralis feudo. Gulielmus, Prin-  
 cipis Auraici Filius, cum Meladiâ Mariâ, Re-  
 gis Angliae Filia, sponsalia contrahit...

Cataloniae defectionem excipit longè pe- 1641  
 riculosior Lusitaniæ rebellio, in Regem legi-  
 timo Regni herede, Duce Bregançæo, Dn.  
 Johanne IV, electo. Copiæ Svecorum

G 3 Schlan-

A. C. Schlangianæ ad Neoburgum interceptæ, quo accepto nuncio Bannerius Chamio castra movet, & per Bohemiam in Saxoniam fugit. Georgius Dux Luneburgicus debitum naturæ Hildeshemii persolvit. Joannes Bannerus, Excellentissimus Svecici Matis Archistrategus, diem suum Halberstadii obit, cuius optio factus fuit Generalis Leonhardus Torstensohnius. Wallerbytum Sveco-Luneburgicis copiis, inundatione aquarum factâ, obsidetur, fortunâ conatus eorum eludente, ideoq; obfitionem solvunt. Gennepa confederatorum Statuum armis expugnatur. Amnistia generalis in Ratisponensibus Comitiis cluditur & publicatur. Discessum est ex Comitiis Ratisponensibus. Duellum iterum à Sperretero, sed, ut antea, frustrato successu, obsidetur. Ferdinandus de Austriâ, Frater Hispaniarum Regis Catholici, Bruxellis supremum vitæ diem claudit. Tractatus de restituzione Palatinatus inter Electorem Palatinum, & Ducem Bavariae Viennæ agitantur. Göttinga irrito conatu à Cæsareanis obfessa. Aria Gallorum potestati excussa Hispanis redditur.


1642 Hasso Vinariensis Vesaliæ Rhenum traciunt, & Copias Cæsareanas, duce Lamboyo, extremâ clade maectant. Gustavus Hornius,

Sve-

Svecorum Campi Mareschallus, & Cæsareus Generalis Joannes de Werth, permutatione facta, in libertatem afferuntur. Princeps Auroraicus Copias Confoederatorum Statuum in campum educit, suaq; Weimariensium castris proprius admoveat. Militia Sveciæ Generalis Torstensohnii cum suo exercitu in Silesiam movet, & Glogaviâ Majore potitur. Victoria ubiq; per Silesiam arma circumfert, Cæsareumq; Exercitum maximâ strage affectum, funditus delet, Ipso Duce Generali Francisco Alberto in prælio mortem operente. Comes de Guiche cum suis copiis totis castris ab Hispanis, duce Francisco de Melo, exutus & cæsus est. Perpignianum à Gallis arctè & magno opere in hunc usq; diem obsidetur. Hispanorum copiæ à Gallis ductu Mons. la Motte tribus vicibus ad oppidum Couliere in Catalonia accisæ & prostratae, qvæ postea victorum potestati cessit. Et ita facta est obsidionis illius, & hujus appendicis

F I N I S.







Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn730468550/phys\\_0109](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730468550/phys_0109)

**DFG**





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn730468550/phys\\_0111](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730468550/phys_0111)

**DFG**



tum. Nam unâ Po-  
proxima ferè emai-  
lumen obfuscat m-

6. Causas Int-  
tuor : 1. Partialen  
nullorum Civium.  
tentia &c. Tales  
alios, è suo arbitrio  
Contra Senatum  
non potest non tu-

7. 2. Nimia al-  
per contemptum,  
tio, & nisi remediū  
res & ipsa pericula

8. 3. Magistra-  
tum vocantur illi,  
tur Senatum ; aut  
turbas leves oppri-  
nimis multi cives p-  
in Rempubl.


9. 4. Religio

10. Causa cor-  
feditio, qvæ si levius  
morbū : si gravius

CAP

De Remediis

I. Solliciti sumus  
succurri potes-



the scale towards document

marie crescente,  
modum majus  
entes facio Qva-  
inentiam non-  
ore, divitiis, po-  
se contemnunt  
fare conantur :  
vulgus. Hinc  
espública...  
orum civium  
nde oritur coi-  
desperatio, qvæ  
politiæ.  
, Cum in Sena-  
dio prosequun-  
neq; gliscentes  
Deniq; dum  
les recipiuntur  
, Discordia vel-  
lat Reipublicæ  
erniciem...  
A.  
Reipubl.  
mediis, qvibus  
ubl.  
2. Princ.